

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

379
M 22

XW

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

~~XV. a. 31. m. f.~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

XIII C. 194 B.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

379
M 22

JOANNIS SCHEFFERI
Argentoratenſis

LECTIONUM ACADEMICARUM LIBER

Quo continentur Animaverſiones

In Miltiadem Nepotis, Epiſtolas Plinii, Curtium, Ciceronem de Legibus, Apocolocyntoſin Senecæ, Anonymi Græci Rhetorica, cum verſione Latina, Fragmentum Petronii & alia.

Accedit

Omnium à dicto JOANNE SCHEFFERO editorum, & quæ brevi ab eodem ſperari poſſunt,

INDEX



HAMBURGI,
Ex Officina GOTHOFREDI SCHULTZEN
Proſtat & Amſterodami
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS,
M DC LXXV.

ACAD.LVGD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

SAC. REG. MAJ. REGNIq;
SVECIÆ,
SENATORI, CONSILIARIO,
TRIBUNALIS REGII HOLMENSIS ASSESSORI, ET IN REGIO REDUCTIONIS COLLEGIO PRÆSIDI: NEC NON REGINÆ CHRISTINÆ USIBUS DESTINATARUM PROVINCIARUM GUBERNATORI GENERALI, ET OELANDIÆ GOTTLANDIÆQUE JUDICI PROVINCIALI.

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQUE DOMINO,

Dn. GEORGIO GYLLENSTIERNA,

LIBERO BARONI IN LUNDHOLM, DOMINO IN STÆKA, BIORKESUND, TORONSBORG, &c.

Vend. inofu Curr.
J. Geel. 1843.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ut &

EJUSDEM SAC. REG. MAJ.
REGNIQUE SVECIÆ

SENATORI, CONSILIARIO,
ET CANCELLARIÆ RE-
GIÆ CONSILIARIO &c.

ILLUSTRISSIMO EXCEL-
LENTISSIMOQUE
DOMINO,

Dn. JOHANNI
GYLLENSTIERNA,

LIBERO BARONI IN LUND-
HOLM, DOMINO IN STÆ-
KA, BIORKESUND, &c.

FRATRIBUS GERMANIS

BARONIBUS ET DOMINIS SUIS
GRATIOSIS PATRONIS BE-
NIGNISSIMIS

D. D. D.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

QUod illuſtre nomen ve-
ſtrum operi huic quamvis
tenui præfigam, ejusque glo-
ria decus quoddam atque
gratiam conciliare quæram,
DOMINI, vos indigne, ſpero, mini-
me laturos. Noſtis ipſi, quantum de-
beam ſplendidiſſimæ domui familiæ-
que veſtræ. Qua fide meo ſatis facere
officio, quo cultu obſervantiaq; pro-
ſequi vos omni tempore ſtuduerim, ſi
nil aliud, conſcientiam ſaltem mean
teſtem habeo locupletiſſimum. Quan
quam autem ejus meæ obſervantiæ er-
ga vos pridem publicum etiam ſive pi
gnus ſive teſtimonium proferre ani
mo decreverim, deerat tamen hacte
nus occaſio conficiendi ejus ex deco
ro propoſiti. Nunc poſtquam LE
CTIONES meas ACADEMICAS e
dere conſtitui, differendum longiu
non erat, ad quod jam olim grati ani
mi legibus ſentio me obſtrictum. Ea
ergo in ſignificationem ſtudii obſe
quiique mei erga vos lubens merito
que vobis dico, ac inſcribo. Nec de
bebam alii cuicunque jure potior

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

quod ultro vel tacente me poteſtis intelligere. Nempe per occaſionem muneris, & profeſſionis, ab Avo veſtro materno, viro illuſtriſſimo, Regni hujus Senatore, ſupra laudes omnes poſito, inſtitutæ, cui per annos ſeptem & viginti præfui; ſunt natæ. Ex ejuſdem etiam profeſſionis legibus nunc veniunt in lucem. Vobis ergo merito debentur. Quid? quod vobis auſcultantibus earum partem non exiguam probarim ante tempus bene longum. Quo minus dubitare poſſum, etiam reliquas me nunc probaturum. Cum præſertim qua fuiſtis animi erga me propenſione tum, ea maneatis poſt decurſum tot annorum hodieque. Quæ benevolentiæ conſtantia ut noſtra admodum eſt infrequens ætate, qua plerique ſunt, qui ſe cenſent hoc majores, quo temporis Upſaliæ tranſacti minus recordantur, ita majorem in vobis meretur commendationem, quippe quos contra cum ſæculi errorem virtus rara, & generoſi pectoris fiducia egregie armavit. Ut nec ſine ratione illum mihi animum à vobis polliceri audeam &

in poſterum, ſperemque curam ve-
ſtram de me fortunisque meis, etiam
per vitæ meæ reliquum haud diſſimi-
lem facturam, vobisque me, ac poſt
me meos etiam, quandocunque fata
ita volent, Patronis optimis ac beni-
gniſſimis uſuros. Quod quemadmo-
dum votorum meorum pars eſt non
poſtrema, ita ſemper ſum daturus o-
peram, quantum per infirmitatem
corporis licebit, ne illuſtriſſimam fa-
miliam veſtram Profeſſoris Schefferi
unquam poſſit pœnitere. Valete.

Illuſtriſſimi Nominis veſtri

Upſaliæ 4 Oct.
M.DC.LXXV.

cultor ad obſequia quævis paratiſſimus

Joannes Schefferus
Reg. Jur. Nat. & Gent. Prof. Honorarius, nec non Eloq. & Polit. Skyttianus.

LECTORI BENIVOLO S.

SEptimus poſt viceſimum nunc agitur annus, ex quo è Germania patriaque mea huc Upſaliam ſum evocatus, ut in munere profeſſoris ſuccederem viro ſummo, Dn. Johanni Freinshemio, *cui Regina CHRISTINA curam Bibliothecæ ſuæ tum commiſerat. Intelligebam ſtatim ab initio, quam grave onus meis humeris incumberet non modo ex profeſſionis amplitudine ac dignitate, verum inſuper & conditione ejus, cui erat ſuccedendum. Qui cum eſſet vir ingenio ampliſſimus, eruditione maximus, oratione ac dicendi facultate ſingularis & inimitabilis, non poteram profecto non per comparationem ejus veluti oppreſſus, penitus ſuccumbere, cum nil horum ullo*

mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

modo eſſem conſecutus, ætate adhuc juvenis, doctrina tantum non omni vacuus, uſu denique exercitatus nullo. Quia tamen ſentiebam ſingulari quadam atque manifeſta providentia Divina munus iſtoc obveniſſe mihi, oblatum ſcilicet longiſſime ab his terris diſſito, & ſic nihil cogitanti minus eo Numinis fretus de me judicio, cœpi eſſe ſollicitus, quo pacto non quidem æquarem anteceſſorem meum, id enim ſentiebam à me fieri non poſſe, muneri tamen meo me præſtarem non indignum penitus. Evolvi ergo genus omne monumentorum veterum, omnia eruditionis perluſtravi conditoria indeque quicquid ad juventutis fidelem informationem pertinere videbatur, ſtudioſe conquiſivi. Nec res caruit eventu ſecundo. Probarunt conatus cœptaque noſtra maximi minimique. Hoc modo exci-

tatus

tatus animum incendi ad ulteriora; cœpi cogitare poſteritatem, ac conjicere in chartam, quæ præſentibus intellexeram neque inutilia fuiſſe, neque injucunda. Sic poſt ea, quæ in lucem ante dedi de Stylo illiusque exercitiis, quæ in Pacatum, Phædrum, ac Petronium notavi, etiam hic liber mihi natus eſt, quem juris publici nunc facio. Habet obſervationes generis diverſi, quia nec eodem ſcriptæ tempore, & diſparibus conceptæ cauſis. Aliquando enim ſolos meos reſpexi auditores, & ſcriptore uſus ſum in occaſionem informationis. Quæ ne ipſa quidem modi fuit perpetuo unius. Nunc enim via ſimplicisſima progreſſus ſum & prima quædam obſervationum monſtravi elementa; quo referenda, quæ notata ſunt ad Cornelium Nepotem. Nunc perrexi ad majora, quæque ad philoſophiam; vitam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

que cum publicam tum privatam magis faciunt, propoſui; quo pertinent, quæ ad Senecæ Apocolocynthoſin ſunt conſcripta. Interdum de ſcriptore ipſo magis fui ſollicitus, & ſi quæ in eo perperam vel lecta, vel intellecta occurrebant, ea indicare, emendare, illuſtrare ſum conatus; cujus laboris ſpecimen, Notæ in Plinium, Curtium, Ciceronem, Petronium poſſunt exhibere. Aliquando iſta inter ſe conjunxi, quomodo fere factum in iis, quæ ad Rhetorica Anonymi obſervata. Quanquam ne hæc ipſa quidem, qualia publice à me propoſita, ſed qualia inter meditationem præviam memoriæ cauſa conjecta in adverſaria, & poſt additis demptisque aliis & aliis, ut exigebat uſus, in hanc ſpeciem formata. Hinc occurrunt non ſemper vetera illa, & ante plures conſignata annos, ſed nonnulla nova

quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

quoque, & adjecta recens. Omnia tamen occaſione Lectionum publicarum, nunc conſcripta, ut non ſine cauſſa Lectiones Academicas, vocaverim. Hæc enim vera tituli eſt cauſa, non quod illæ ipſæ lectiones, prout à me habitæ ſunt publice, libro hoc contineantur. Illarum namque ratio longe fuit alia, quod noverunt ſatis, qui me profitentem audivere. Neque enim nobis ea recepta conſuetudo, quam ſcimus obtinere alibi ut in calamum dictitemus noſtris auditoribus notanda, prohibent ipſæ leges noſtræ Academiæ laborem tædioſum juxta atque utilem paucisſimis, cum plerique ante finē ejus evocentur ad alia, nec ex paucis annotatis fructum poſſint conſequi ſperatum. Cæterum hæc tantum pars eſt iſtiusmodi noſtrarū Lectionum, ſuperſunt plures aliæ, aliis opportunitatibus publicandæ, modo

par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

partem hanc intellexerimus fuiſſe non ingratam, vitamq; Deus cum tranquillitate publica largietur. Speramus autem ingratum penitus haud futurum, non doctis quidem, quibus nihil ſcribimus, ſed doctrinæ ſtudioſis tamen, qui arbitror, invenient non pauca explicata, quæ moram eis inter legendum poterant injicere. Quod vero admiſcere cæteris Anonymi Rhetorica, licet generis ſint alterius & ſermonis, voluerimus, id factum ideo, quoniam & ipsa per occaſionem noſtri muneris in Academia propoſuimus Juventuti ſtudioſæ. Sed & videbatur ſcriptum ipſum merere notitiam majorem, ſemel tantum publicatum per Hæſchelium Auguſtæ Vindelicorum Anno 1595, idque Græce, quæ fortaſſis cauſa quoque, quod hucusque jacuerit pleriſque neglectum

ctum

ctum atque ignoratum. Nam alias nonnulla continentur eo, ſcitu ſat utilia, quæ fruſtra quæras apud alios ſcriptores. Unde quoque judicavi dignum, quod verterem in ſermonem Latinum, ſimul, quia quædam minus clara, quædam vitioſa etiam in ea occurrunt, emendarem atque illuſtrarem Notis. Etſi enim iſtoc fine Græce tantum miſerit Hœſchelius ad Georgium Mœſchium, ut ex dedicatione ejus liquet, tamen neque Mœſchius ille, neque quisquam alius hunc ſibi ſumere voluit laborem, certe, quantum ſcio, in lucem nemo emiſit. De Spicilegio in Petronii fragmentum erunt forte etiam, qui ſollicitum eſſe me haud debuiſſe putabunt, præſertim poſtquam doctorum quorundam virorum, interque illos eximii unius cenſura, etiam nuperrime, id gravi

admo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

admodum perſtrinxit, velut foret Itali figmentum, quo lepide ſublinere os aliorum ſit conatus. Verum metuo, ne is corruptus præjudicio ad cenſuram hanc ferendam acceſſerit, indulſeritque animo plus, quam ingenio ſuo aut judicio, maxime cum & alibi ſic ab eo factum obſervemus. Certe ſi, quæ de Fragmento illo ſcripſit Marius Statilius, & per Johannem Blaeu Amſtelodami publicari fecit, legere cum cura voluiſſet, credo mitiorem ſententiam fuiſſe laturum. Sed de hac re quisque ſentiat, quod volet. Nos, qui ſcimus aliter judicare viros magnos per Italiam & Galliam, quia primi Notis noſtris id fragmentum illuſtrare ſumus conati, hoc Spicilegium omittere non debuimus. Maxime cum tuenda noſtra quædam eſſent contra ea

quæ

quæ à viro ſummo, Dn. Thoma Reineſio ſunt allata, non diſſentiendi, verum veritatis aſſerendæ ſtudio, quæ utique prodenda nemini vel negligenda. Et hæc quidem ſatis de inſtituto noſtro. Cujus rationes ſi probabunt aliqui (omnes enim probaturos ne ſperare quidem debeo) gratum erit. Sin minus, honeſtæ voluntatis ſaltem conſcientia me ſolabor. Vale, conatibusque noſtris æquum te ac faventem præbe.

JOAN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Joannis Schefferi

Argentoratenſis

OPUSCULORUM

diverſis temporibus locisque publicatorum

INDEX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

LECTORI BENIVOLO S. D.

ANte annos fere decem Bibliopola Upſali-enſis opuſculorum meorum edidit Indicem ſubnexum meis Diſſertationibus Politic in Livium, quibus Regni Romani titulu præfeci. Ab eo inde tempore non deſtiterunt A-mici variis ex Locis per litteras me adhortari, quæ interea ſint publicata mihi, ſignificare ne gr varer. Quorum poſtulationi quo ſatisfiat ta dem, ecce iſtum, quem nunc edo, Indicem. Que eo libentius juris facio publici, quo ſcio certius, e-ſe, quæ ſive oſcitantia Librarii Upſalienſis, ſi cauſis aliis hic jacent pulvere ſepulta, & iccir alibi ignorantur. Conſulendum quoque fuit v-tis eorum, qui cum ex regionibus peregrinis huc a-lati, honorarent me congreſſu colloquioque ſuo, ſ-re ſimul nomina laborum meorum, nec id una ta-tum vice, voluerunt. Maxime cum ea orbis pa-te ſimus conſtituti, ex qua raro eorum, quæ in litt-ris geruntur, ad alios pervenire poſſit fam. Dum Bibliopolæ peregrini commercia cum noſt exercere vel nequeunt, vel per rationes ſuarum conſuetudinum non volunt. Nam alias non e tanti, ut mea cum abſurda & invidioſa ſpe ambitionis velut in tabula proponerem. Sunt-nim minuta pleraque, ac talia, quæ neque nume, neque dignitate cum laboribus aliorum poſſe comparari. Quod ipſe facile agnoſco, nec p ingenuitate mea ſuſtineo diffiteri.

Vale.

IN-

INDEX.

I. DIſſertatio de varietate Navium. Argentorati, 1643. 4to.
II. Agrippa Liberator, ſeu de Novis Tabulis. Ib. 1645. 12.
III. Æliani variæ Hiſtoriæ Græc. Lat. cum Notis. Ibid. 1647. 8.
IV. Lat. Pacati Panegyricus cum Notis. Holmiæ, 1651. 8.
V. Oratio funebris in obitum Jacobi Ponti de La Gardie, Comitis in Lekö, Regni Sueciæ Archithalaſſi, Upſaliæ, 1652. fol.
VI. De Stylo, ad conſuetudinem veterum, Liber, Ibid. 1653. 8.
VII. De Militia Navali veterum, libri IV. Ibid. 1653. 4to.
VIII. Oratio in diſceſſu CHRISTINÆ Reginæ. Ibid. 1654. fol.
IX. De Antiquorum Torquibus, Syntagma. Holmiæ. 1656. 8.
X. Gymnaſium Styli, ſeu de vario ſcribendi exercitio ad exemplum veterum. Præmittitur Liber de Stylo, auctior, Upſal. 1657. 8
XI. Titulus ſepulchralis in obitu CAROLI GUSTAVI Regis. Ibidem 1660. fol.
XII. Memoria Jacobi Auguſti, & Johannis Caroli de La Gardie, Comitum in Lekö, fratrum. Ibid. 1662. 4to.
XIII. Æliani variæ Hiſtoriæ ſecunda vice, auctioribus cum Notis. Argent. 1662. 8.
XIV. Phædrus cum Annot. Upſaliæ. 8. Accedunt-
XV Franc. Guyeti Notæ ad eundẽ, antea non pub.
XVI. De Natura & conſtitutione Philoſophiæ Italicæ ſeu Pythagoricæ, Liber, prodromus

magni operis de Philoſophia Pythagoi c
Ibid. 1664. 8.

XVII. Arriani Tactica, nunquam ante publica ta, Gr. Lat. cum Ann. ib. 1664. 8. jungitu

XVIII. Mauritii Strategicon, & ipſum antea nu quam publicatum, Gr. Lat. cum Notis.

XIX. Annotationes in Anonymum veteri Lingu Gothica ſcriptum de Gœthrici & Rol nis, Regum Weſtrogothiæ. ibid. 1664.

XX. Petronii Fragmentum Tragurianum cu Notis. Ibid. 1665. 8.

Idem ſecunda vice editum per Cl. Thom Reineſium Lipſiæ 1666. 8.

Idem tertia vice editum cum Petronio in tegro per Michael. Hadrianidem Am ſtelodami. 1669. 8.

XXI. Oratio ad CAROLUM Regem, cum Stud orum gratia primum veniſſet Upſaliam. U pſal. 1665. 4to.

XXII. Regnum Romanum, ſive diſſertationes Po liticæ ſeptem in librum primum Livii, U pſal. 1665. 4to.

XXIII. De Stylo liber, idem Gymnaſium Sty Auctiora & emendatiora omnia edita Upſal. 1665. 8.

Eadem edita iterum, cum Diſſertatione H. Bœcleri de comparanda Lingua Lat na, & Indice neceſſario, per Cl. Andr. Bo ſium, Jenæ, 1670. 8.

XXIV. Upſalia Antiqua, cujus occaſione plurim in Antiquitatibus Borealibus & gentium v cinarum explicantur. Upſaliæ 1666. 8

XXV. Phædrus ſecunda vice cum Notis auctior bus. Accedit verſio Gallica & Index, Ibid 1667. 8.

XXV

XXVI. Lat. Pacatus collatus cum Mſs. tribus, ſecunda vice editus auctioribus cum Notis, Ibid. 1668. 8.

XXVII. Appendix Notarum in Fragm. Petronii, Ibid 1668. 8.

XXIIX. Memoria Johannis Canuti Lenæi, Archiepiſcopi Upſalienſis. Ibid. 1669. 4to.

XXIX. Graphice, ſeu de Arte pingendi, liber. Norimbergæ, 1669. 8.

XXX. Konunga ſtyrelſe, ſeu Inſtitutio Regia, lingua veteri Suetica, cum verſione Latina & Notis. Holmiæ 1669. fol.

XXXI. Aphthonius, Theon, & alii, Gr. Lat. cum Notis brevibus, & Indice Auctorum ab ipſis citatorum. Upſaliæ 1670. 8.

XXXII. Epiſtola ad Axelium Oxenſtierna, Comitem in Södermöra poſtquam valedixiſſet Upſaliæ. Ibid. 1671, 4to.

XXXIII. De Re vehiculari veterum, libri III. Francof. 1671 4to. Accedit.

XXXIV. Pyrrhi Ligorii Commentatio de re eadem, Italice, cum verſione Latina & Notis.

XXXV. Memorabilium Sueticæ gentis Exemplorum, liber. Hamburgi. 1671. 8.

XXXVI. Sam. Bocharti de quæſtione, num Æneas unquam fuerit in Italia, diſſertatio, ex Gallico verſa in Latinum, Hamb. 1672. 12
Eadem ſecunda vice recuſa, una cum ejuſdē Geographia ſacra, Francofurti.

XXXVII. Oratio ad CAROLUM Regem, cum primum manus admoviſſet gubernaculis imperii, Upſaliæ 1673. 4to.

XXXIIX. Phædrus tertia vice editus, auctioribus & emendatioribus cum Not. Hamb. 1673. 8

XXXIX. Anonymi Sueci veteris breve Chroni-

con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

con Archi-epiſcoporum & Sacerdotum U
pſalienſium, nunquam ante editum, cum N
tis, Upſaliæ 1673. 8.

XL. Lapponia, ſeu gentis regionisq; Lappon
deſcriptio adcurata, cum fig. Franc. 1673.
Eadem verſa in ſermonem Anglicanum,
edita cum præfatione, Oxoniæ, 1674.
Excerpta quædam ejus edita Germanice p
Eraſmum Franciſci, Norimbergæ 1674.
Eadem Germanice edita integra 1674.

XLI. Index in Libros Grotii de Jure B. & P. ſcr
ptus in uſus Studioſorum, qui privatim e
audiebant explicari a Cl. Bœclero An. 165
editus ſine nomine Auctoris Amſtelodar
1670, & ſecunda vice Jenæ, 1673. 4to

XLII. Hygini quæ extant, cum Notis, Indicibus
& Diſſertatione de eorum vero auctor
Hamb. 1674. 8.

XLIII. Iſrael Erlandi de vita S. Erici, Regis Sueci
ejuſdéq; miraculis, cum Not. Holmiæ 1675.

XLIV. De tribus orbibus aureis nuper in Scania
rutis e terra, diſquiſitio antiquaria. Holmi
1675. 8.

XLV. Lectiones Academicæ, ſeu Notæ in ſcript
res veteres diverſos Hamburgi. 1675.

XLVI. Julius obſequens de Prodigiis, cum Noti
prælo ſubjiciendus Amſtelodami.

Prælo parata
cum ſe offeret idoneus typographus.

XLVII. De Re ac Militia Navali libri N, ita auct
mutati, atq; emendati, ut haberi poſſint pr
plane aliis & novis.

XLIIX. Commentarius politicus in Taciti vita
Agricolæ.

XLIX. De veris Regni Sueciæ Inſignibus Liber

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

. Juſtinus cum Annotationibus.

I. Annotationes in Auctorem de Præadamitis.

II. Æliani variæ Hiſtoriæ collatæ cum Mſſ. & multo auctioribus cum Notis.

III. De ſcriptis & Scriptoribus Suecorum, Liber

IV. Anonymi veteris vita Ethici ſeu Adalrici Ducis, nunquam ante publicata, cum Notis.

V. Doctorum virorum ad Joh. Schefferum Epiſtolæ, cum reſponſis, & nonnullis aliis.

VI. Baſilicæ, ſeu Orationes habitæ coram Regibus aut de Regibus.

VII. Liber adverſariorum, in quo Notæ ad Scriptores plurimos, veteres & recentes, quæ augentur indies.

Manum ultimam deſiderant.

LIIX. Commentarius in Libros Ciceronis de Officiis.

LIX. Sciographia Juris Naturæ, illuſtrata Notis.

LX. Vita Pythagoræ & de Claris Pythagoricis.

LXI. Philoſophiæ Pythagoricæ Libri III.

LXII. De Opilione Liber.

& non pauca alia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

JOANNIS SCHEFFERI
ARGENTORATENSIS

SPECIMEN

LECTIONIS CORNELIANÆ.

IN Cornelio Nepote illuſtrando emendandoque per hos annos triginta circiter, præſertim in Germania, fuerunt occupati, quicunque fere litteras profeſſi ſunt humaniores. Actum ergo agere videbor, ſi quid ego, poſt tot curas eruditas aliorum, in eo tentare voluero. Et profecto ſi ſcribere aggrederer, quod probare ſe deberet viris doctis, nec niſi rara, ingenioſa, elaborata amantibus, ipſe quoque tali dignum me cenſura judicarem. Nunc cum mihi ſumam ea tractanda, quæ, quia minuta ſunt & levia, cæteri omiſere, laudem quidem nullam conſequar, quam nec deſidero, reprehenſionem tamen ſpero non incurram, ſi incipientium me captui accommodando, ea conſignavero, quæ juventuti ſtudioſæ poſſunt eſſe uſui, & fuiſſe quondam meis Auditoribus

experiundo didici. Nempe docti adjumento ſibi ipſis poſſunt eſſe : at vero pueri deſtituti ſæpe omnibus ſunt Magiſtris, ſæpe committuntur iis, qui ignorant ipſi ſalutarem explicandi rationem, ſuoque putant ſatisfeciſſe officio, ſi utrumque vernacula explicare lingua diſcipulos ſuos aſſuefecerint. quæ Latine ipſis proponuntur. Danda igitur eſt opera, ut ab hoc errore utrique liberentur, & Magiſtri videant, quo pacto ſuo informare debeant diſcipulos, & diſcipul credere tempeſtivè diſcant, plura eſſe in lectione bonorum ſcriptorum notanda, quan ſimplicem ſuperficiariumque orationis & verborum ſenſum. Dabo autem hic Cornelii Nepotis non totius explicationem id enim & nimis longum foret, & haud it neceſſarium, ſed particulæ unius tantum, vitæ ſcilicet Miltiadis, ex qua facile ratio laboris etiam in cæteris intelligetur. Quæ in e annotamus, ſunt hujusmodi.

Miltiadis Cimonis filius Athenienſis) Hæc ſunt verba tituli, quem vitæ huic præfixi Cornelius. Atque ita etiam in ſequentibus ut; *Themiſtocles Neocli filius Athenienſis. Ariſtides Lyſimachi filius, Athenienſis. Pauſania Lacedamonius. Cimon Miltiadis filius, Athenienſis* &c. Itaque hæc verba recipi non debuerant in textum & narrationis ſerien quemadmodum nec præfigi eis novus titulus, quod fit hodie in omnibus editionibus.

CAI

CAP. I.

ET antiquitate generis, &) Repetitio conjunctionis emphatica, quo efficacius inſinuetur numerus cauſarum concurrentium, qui non vulgaris, nec in omnibus obvius.

generis) gentis, familiæ, ut ſolent optimi Scriptores.

majorum)ſic per variationem reddit, quod ante genus dixerat.

ſua modeſtia)moderatione, in tanta generis ac majorum gloria, per obſervationem & cuſtodiam diligentem æquabilitatis ejus, quam in cujusq; vita exigebat libertas civitatis. Locus totus obſervationes continet politicas, de quibus poſt dicetur.

unus omnium) ſolus ex omnibus, vel ante omnes alios.

floreret) Non tam potentiam notat, quam dignitatem ſpectabilem, conjunctam cum amore. Vult enim, Miltiadem ex cauſſis prædictis in exiſtimatione magna fuiſſe apud omnes, omnes in eum conjeciſſe oculos, omnes eum proſecutos eſſe favore, ſicut fit, cum pulchre florentem arborem aut herbam cernimus, quo reſpicitur figurato illo verbo.

ut non ſolum) eſt periphraſis ſententioſa ætatis maturæ ac virilis, vel ſaltem proximæ, quo explicetur cauſſa non levis obſequii

prompti, quod oraculo Athenienſes præſta-
bant.

jam) expletiva eſt particula, ſervien
elegantiæ ac Latine loquentium conſuetu-
dini.

ſed etiam) relativum præcedentis *non ſo-
lum*.

confidere) plus eſt, quam *ſperare*, innuit
que certitudinem eventus ex cauſis minim
fallacibus, cum in ſperando inſit ambigu
tas, cum ſpes ſæpe decipiatur.

cives poſſent ſui) pro *ejus*. Cicero lib. X
ad Attic. *Indulſit quidem illi ſuus pater ſemper*
Et ſic optimi Scriptores non ſemel.

cognitum judicaverant) Hoc eſt, judicave-
rant, poſtquam cognoverant. Nempe
cognoſcere ad res geſtas & eventus refertu
isque dicitur cognoſci, cujus ingenium
mores, virtutes intelliguntur ex ipſius actio-
nibus. Hactenus autem nil adhuc præcla-
ri egerat Miltiades. Itaque confidebant qu-
dem, cognitum tamen ipſum nec dum ha-
bebant Athenienſes.

cujus generis) ſupple, *colonorum*. *Genus co-
lonorum pro colonis*, quod eſt frequentiſſi-
mum bonis Scriptoribus. Vide Indicem no-
ſtrum ad Phœdrum, & quæ ad loca ibi no-
tata obſervavimus. Adde & Freinshemia-
nas curas.

demigrationis) pro ſimplici *migrationis*
numeri & elegantiæ gratia.

peteren

peterent Societatem) vellent ſocii eſſe migrantium Abſtractum pro concreto, elegantiæ gratia, *Peterent*, ſtudium ſignificat.

deliberatum) Pleonaſmus; ſequitur enim, *qui conſulerent*. Et ideo fuerunt, qui dicerent delendum, cum præſertim *deliberari* oracula non facile dicantur. Sed ſic noſter ſtatim poſt in Themiſtocle c. 2. *Deliberantibus Pythia reſpondit*. Pleonaſmi quoque tales ei non infrequentes. Ut mutandum nihil videatur, cum præſertim retineant codices antiqui, etiam optimi. Vel ſi quid mutandum, mallem delere ſequentia, *qui conſulerent Apollinem*. Magis enim gloſſam ſapere videntur. Quæ & Schoppii ſententia fuit.

potiſſimum) elegantiæ ac Latinitati ſerviens particula, qua & alibi ſic noſter utitur. Vide Indicem. Terent. in And. *Sed quem ego nunc potiſſimum exoptem mihi*. Cic. de Offic. *Si nautæ certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret*. Habet autem ſemper notam eminentiæ, uſurpaturque, cum ſit reſpectus ad alios aut excluſos, aut certe excludendos.

tenebant) occupatas ſcilicet, ſede, domicilio, & imperio. Erant incolæ ac domini ejus regionis: ejectis incolis prioribus. Hoc vult iſtoc loco id verbum.

armis) plene, alias omittitur.

conſulentibus) Proprium & ſolenne verbum

bum de iis, qui ſententiam oraculi explorant in re dubia.

nominatim) Significanter, & in reſpectu ad ſolitas alias oraculorum ambages, id eſt: non per obſcuras deſcriptiones commendavit eis Miltiadem Apollo Delphicus, ſed ejus nomine prolato, quod alias non ſolebat.

imperatorem ſumerent) Variatio præcedentis, *duce uterentur*.

id ſi) tranſpoſitio elegans, pro *ſi id*, quo evitetur concurſus earundem vocalium durior, & ideo receptiſſima optimis Scriptoribus, in ſimilibus aliis.

Hoc oraculi reſponſo) Ellipticè, pro, *ex hoc reſponſo*: notat autem *ex* præpoſitio cauſſam, ſignificatque *ob* vel *propter*, ſicuti apud noſtrum ſæpe. Vide Indicem. *Reſponſi* vox eſt propria & ſolennis de oraculis.

delecta manu) multitudine colonorum futurorum.

claſſe) Ablativus inſtrumenti, quem regit præpoſitio *in*, vel *cum*, per ellipſin omiſſa. Vide Sanctium.

acceſſiſſet Lemnum) Obſervandum, quod *accedere* de navigantibus hic uſurpetur, videtur autem *claſſe* ex ſuperioribus etiam huc trahendum.

& incolas ejus inſulæ) ſupra, *qui eas regiones tenebant*, variatione obſervanda, & quâ ſuperiora illuſtrantur. Eſt autem utrùmque

peri-

periphraſis Lemniorum, qui mox ſimpliciter ita nominantur.

ſub poteſtatem) ſub imperium, ut deinceps ſubditi Athenienſium eſſent, amiſſa libertate.

idq; ut) pro, *& ut id*, elegantiæ cauſſa, ut tot monoſyllaborum ingratus evitaretur concurſus.

ſua ſponte facerent) Non tam verbis hæc reſpondent præcedentibus, quam ſententiæ, quam Cornelius habuit in animo. Præcedit enim *redigere in poteſtatem Athenienſium*, quod Lemnii *facere* non debuerant, ſed contra redigendi obtemperare, ac ſe poteſtati Athenienſium ſubjicere. Debet hoc notari, tanquam ſingulare quid, cujus tamen generis alia plurima reperiuntur etiam apud optimos Scriptores.

poſtulaſſet) plus eſt, quam *petiiſſet*, habetq; reſpectum ad vim paratam, niſi petitis ſatisfiat & obtemperetur. Curtius lib. IV. cap. I. *Poſtulabat autem magis, quam petebat, ut matrem ſibi reſtitueret.*

irridentes) abſolute poni obſervandum. Intelliguntur tamen irriſiſſe minas poſtulationis ejus occultas.

cum ille) relativum præcedentis *tum*, continent autem iſta periphraſin negationis, ex ratione ſituque loci formatam.

domo navibus.) In his omnibus eſt ellipſis præpoſitionis. Integre ſcribendum fuiſſet:

à domo cum navibus proficiſcens cum vento Aquilone. Quarum particularum tam frequens repetitio quoniam ingrata, ideo rejecta eſt ab iis, qui cultius loquebantur, ut eas ſervare, nota ſtyli ſit plebei, qua de re ad Hyginum aliquid jam actum. Videatur Smetius in capite de Ellipſi.

veniſſet) Supra, *acceſſiſſet Lemnum*, variatione notabili.

adverſum tenet) ſupple *locum*, hoc enim per ellipſin in vocabulo *adverſum* omiſſum eſt Sententia: ventus ille flat ex eo loco; qui eſt adverſus proficiſcentibus Athenis. *Tenere locum* dixit noſter etiam in præfatione operis. *Materfamilias primum locum tenet adium.* Schotti obſervatio hic ſine dubio fruſtranea.

Curſum direxit) Eſt hæc inter nauticas locutiones, proprieq; ita uſurpatur hoc loco;

Ratione Philoſophiæ obſervanda veniunt ex hoc capite

I. Quænam ſint, quæ cui? apud cives ſuos conciliare poſſint gratiam, exiſtimationem, & favorem; antiquitatem? nempe generis, gloriam majorum, & propriam modeſtiam.

II. Eſſe quidem hæc ſingula ad hoc efficiendum idonea, quoniam æſtimentur diliganturque multi propter ſolam generis antiquitatem, alii, propter ſolas parentum res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

præclare geſtas, alii propter ſolam virtutem ſuam.

III. Fieri hoc autem maxime, ac in gradu ſummo, cum iſta omnia in uno aliquo concurrunt. Unde hic Miltiades *unus omniũ maxime* verbis emphaticis floruiſſe dicitur.

IV. Sciendum, antiquitatem generis & gloriam majorum non ſemper eſſe eadem, ſed ſæpe diverſa diſtinctaque, poſſeque aliquando quem longa ſerie commemorare genus ſuum, ſed ex eo monſtrare paucos rebus geſtis claros. Contra alium majores numerare paucos, ſed eos tamen omnes gloria inſignes.

V. Modeſtiam eſſe virtutem, quæ in libera republica, qualis fuit Athenienſium, maxime ſit neceſſaria ad conſequendam gratiam apud cives & exiſtimationem, notandum.

VI. Dari etiam in libera republica, licet fundamentum ejus ſit æqualitas, & ne quis unus ante alios emineat, facultatem ſuperandi alios, & conſpectiorem ſeſe faciendi, quomodo hic Miltiades *unus* omnium floruiſſe dicitur.

VII. Virtutes quæ ſe exerunt in ætate juvenili, ſpem quidem bonam poſſe facere, non autem alios reddere certos, cum ætas illa ſit mutabilis, ſæpeque à bono deflectat in pravum.

VIII. Contra ſe habere cum virtutibus,

 quæ

quæ cernuntur in ætate virili, quia animi virorum ſint conſtantiores.

IX. De neminis futura vita certo quid poſſe judicari, antequam quis pervenerit ad ætatem maturam.

X. Nihil paulo gravioris negocii feliciter poſſe expediri, ſine voluntate ac conſilio numinis, etiam paganos credidiſſe, notandum, unde hic Athenienſes Delphos mittunt ſciſcitatū de coloniæ deducendæ duce.

XI. Ducere colonias in regiones occupatas jam ab aliis, ejectisque veteribus incolis ſedem ibi ſtatuere, frequens uſitatumque antiquis fuiſſe, ex hoc & ſimilibus exemplis notandum.

XII. Rerum proſpere gerendarum cauſam pendere non tam à multitudine, quam duce bono, ipſius Apollinis ſententia.

XIII. Patriæ commoda promovenda, ubi ſeſe offert idonea occaſio, etiamſi nullis ad id certis obligati ſimus vel inſtructi mandatis. Sicut Miltiades Lemnum ſubjicere Athenienſibus quæſivit.

XIV. In re gravi nō ludendū jocis, quia ſære joci tales jocantibus damnoſi eſſe ſolent

XV. In humanis rebus ſæpe, quæ impoſſibilia videntur, evenire nil ergo temere pro impoſſibili habendum, contra quam fecer Lemnii, qui dum Athenas ſolas cogitant, fieri non poſſe putant, ut Miltiades profectu domo Lemnum venire queat vento aquilo

nc

ne. neque cogitant, etiam alibi domum ſibi comparare Miltiadem poſſe.

XVI. Negocium principale nunquam differendum negocii minus principalis & acceſſorii conficiendi gratia.

XVII. Obiter ſuſcepta in militia ſine dedecore inconfecta etiam poſſunt omitti à prudenti duce, maxime ſi nihil adhuc impenſarum in ea fuerit, ut exemplo Miltiadis apparet.

Styli exercitia proponi poſſunt iſta.

I. Diſſertatio de neceſſariis emergendi ante alios remediis, in libera præſertim republica, exemplo Miltiadis.

II. Explicatio antiquitatis de colonis. Qui fuerint coloni, quibus cauſſis & quo fine ducti alias in terras. modus eorum deducendorum. forma imperii, qua regebantur. effectus varii & commoda ex colonis.

III. Oratio petitoria, qua quis nomine Athenienſium Miltiadi offert imperium in colonos in Cherſoneſum deducendos, petitque, ut hanc operam præſtare velit reipublicæ, cum præter propria merita, huc eum vocet ipſe Delphicus Apollo.

IV. Oratio reſponſoria ſuperiori, ex perſona Miltiadis formata.

V. Hortatoria oratio, qua Legatus Miltiadis poſtulat à Lemniis, ut ſubmittere ſe velint poteſtati Athenienſium, nec exſpectare, donec vi & armis iſtuc compellantur.

CAP.

CAP. II.

B*Arbarorum*) id eſt, Thracum, ut conſtat ex ſuperioribus ſignificanter.

disjectis) devictis, ut oſtendunt ſequentia, quanquam verbum ſit hoc loco elegans, in reſpectu videlicet ad multitudinem & fugam barbaricam in diverſa inſtitutam, ponaturque cum fundamento quodam obſervationis. De cætero minus eſt, quam *caſis*, uſurpaturque de ſparſis, ſine interfectione.

quam petierat) ſupra: *quo tendebat*, per variationem.

multitudinem) eleganter, non *manum*, ut in ſuperioribus, quia loquitur de iis, qui agros colere debebant.

in agris collocavit) aſſignatis ſedibus & domiciliis, in privatos propriosque cujuslibet uſus. Id enim eſt *collocare* hoc in loco.

crebrisq; excurſionibus) eorum ſcilicet, quos præſidii cauſſa in caſtellis illis habebat, ut colonos novos tuerentur, eisque alias eſſent utiles. Propriè autem excurſiones præſidiariorum aut in loco alias munito conſtitutorum ſunt, fiuntque prædæ cauſa.

neq; minus) Eſt tranſitio ſententioſa.

virtute militum) fortitudine, ut ſæpe alias.

deviciſſet hoſtium exercitum) ſupra, *barbarorum copias disjecit*, variatione annotanda.

res conſtituit) illorum militum ſuorum & colonorum, ut non modo poſſent coaleſcere in civitatem juſtam, per leges ſanctionesque

que neceſſarias, ſed & per legum ſanctionumque illarum æquitatem in ea firmi manere. Hoc enim omne innuit illud *conſtituere*. Locus præterea totus conjunctus eſt cum politica obſervatione.

atq; ipſe ibidem) Omnes editiones verba hæc à præcedentibus nudo ſegregant commate. Mihi nil commune cum eis habere videntur. neque enim quidquam hoc ad illam conſtitutionem rerum, uti nec ad prudentiam, de quibus ante. Amorem loci, & conſortii cum colonis novis tantum ſignificant. Puto igitur ante ipſa ſcribendum punctũ & novam periodum faciendã.

dignitate regia) pro *in dignitate*, per ellipſin. Debet autem dignitas hic intelligi cum effectu amoris & obſequii apud colonos, ut poſſet imperare, nec imperia illa detrectarentur.

quamvis carebat) Indicativum τῷ *quamvis* apponi notandum, nam ſubjunctivus frequentior adſociatus reperitur. Solent tamen & hoc modo Horatius, Ovidius, alii. Vide Voſſium de Conſtructi. p. 264. & Sanctium de Conjunct. p. m. 245.

nomine) Scilicet *regio*, quod ex ſuperiori, licet alio genere, huc trahendum, uti fit in mille aliis. *carere* autem hic non notat defectum rei neceſſariæ, & ex eo moleſtiam, ſed ſimplicem abſentiam. Non tribuebatur ipſi titulus regis à civibus, idq; volente ipſo,

&

& in reſpectu reipublicæ, quã conſtituerat.

imperio) poteſtate jurisdictionis dicunt. Sed id *conſequi* non quadrat. Quid enim eſt, *conſequi dignitatem regiam poteſtate jurisdictionis*? Per dignitatem regiam eſt poteſtas jurisdictionis, hæc per illam. Igitur *imperium* accipio de voluntate, prodita per juſſa & mandata, ut ſit ſenſus, conſecutum Miltiadem dignitatem regiam, non quod vellet eam, quæreretque ſeſe tali modo coli, cultumve illum imperaret ſuis, ſed ratione illa, quæ in ſequentibus explicatur. Deeſt porro hic, ut mox in ſequenti *juſtitia*, præpoſitio *ex*, quæ ſignificationem habet cauſſæ. locus quoq; totus politicam habet obſervationẽ.

quam juſtitia) quæ poteſtatem & auctoritatem eam, etiam non affectatam, ultro offerebat. Hoc enim obſervationis fundamentum ſubeſt. Opponitur quoque hic juſtitia imperio, quod notandum.

neq; eo ſecius) Variatio ſuperioris, *neq; minus*. Eſt autem *ſecius* comparativus à *ſecus*, de quo alii. Utuntur porro his formulis in re non ita frequenti uſitataque, cum reſpectu quodam ad obſcurationem politicam vel moralem.

à quibus erat profectus) Non ſimpliciter, & ut deberet reverti, monente priſtina conditione, ſicut vulgo proficiſcuntur alii, ſed cũm mutatione conditionis illius, nec eo modo Athenienſis futurus, quo ante fuerat.

ut

ut *profectus* ſit *diùjunctus* quodammodo, verbaque hæc contineant moderationis in Miltiade quandam explicationem, oſtenſa ejus magnitudine ac veritate.

officia præſtabat) qualia requirunt leges obſequii à cive, verſante in eadem civitate; ut non honeſtam modo ſignificent voluntatis promptitudinem, ſed juſti tribuendi neceſſitatem.

Quibus rebus fiebat) Eſt hæc concluſio præcedentium judicioſa, politicam ſimul obſervationem inſinuans.

qui miſerant) ſupple, *ipſum*, Miltiadem videlicet. Utitur autem ellipſi propter formulam ſubſequentem, in qua quia caſus requirebatur alius, minus eleganter repeti pronomen poterat. Dicuntur quoque iſta per periphraſin de Athenienſibus, oppoſitionis evidentiorem vim, & obſervationis politicæ ſignificationem, quæ hic latet.

perpetuo imperium) illud *perpetuo* ſignificationem habet dignitatis regiæ, de qua in ſuperioribus, & cum variatione quadam ponitur hoc loco.

conſtituta) Notabilis locutio: *Conſtituere Cherſoneſum*, pro, *conſtituere res in Cherſoneſo* quomodo ſupra fuerat locutus.

ex pacto) Latine, pro, *ob* vel *propter pactum*. Per *pactum* promiſſionem intelligit joco à Lemniis factam, ſe ſub poteſtatem Athenienſium venturos, cum domo navi-

bus

bus vento aquilone fuiſſet profectus, de qua ſupra, & ſtatim poſt.

tradant) cum ſignificatione obſequii & ſubjectionis ponitur.

dixerant) pacto promiſerant, *dixerant*. quia promiſſio illa joco, non ſerio erat facta. nec ut haberet effectum quendam juris, ſed ſerviret irriſioni.

vento borea) Supra, *vento aquilone*.

ſeſe dedituros) Supra *tradituros*, & paulo ante *in poteſtatem Athenienſium conceſſuros*. triplici variatione.

domum habere) fixum ibi ſe habere domicilium, fixam ſedem. Cherſoneſi ſuam eſſe civitatem. Nam hoc ſignificat *domus* iſto loco, & eſt plus, quam ædificium, quod quis poteſt habere etiam in civitate peregrina. Sic *exulare domo* apud Terentium. apud alios alia.

incolebant) Supra *tenebant*, in re ſimili.

ceciderat) verbum proprium in re, cujus eventus vel eſt, vel putatur eſſe maxima ſui parte à fortuna.

dicto) Supra *pacto*, id eſt promiſſo & reſponſo, quomodo & paulo ante, *dixerant*, ubi vide, quæ notavi.

ſed ſecunda) Oppoſitio judicioſa Scriptoris, qua deditionis vera explicatur cauſſa, quæ ſimul obſervationem politicam in ſe habet comprehenſam.

capti) circumventi, ſic ut elabendi nullam

- demigrarunt) compoſitum pro ſimplici *migrarunt*, alias non fuiſſet opus præpoſitione *ex*, quæ præmittitur.

Ex hoc capite notamus ratione Philoſophiæ.

I. Bella cum nationibus barbaris minus fere difficilia, & ex eo longa, atque ea, quæ cum ingenioſis, prudentibus, & circumſpectis geruntur.

II. Barbari facilius compelluntur in fugam, quam afficiuntur clade ac cæde, quoniam eorum proprium, cito ſeſe recolligere ex fuga,

III. In regione recens ſubacta, & neſcia obſequii per munitiones & caſtella conſulendum ſecuritati & diuturnitati imperii, quæ ſine his eſt nulla.

IV. Non omnia loca munimentis & caſtellis ponendis æque ſunt idonea, partim reſpectu munitionis ipſius, partim reſpectu finis & uſus, quem præſtare munimenta illa debent.

V. Sedis figendæ durabilis primum & præcipuum medium eſt agrorum occupatio & cultus.

VI. Ad res cum ſucceſſu durabili bene gerendas & prudentia eſt opus, & felicitate.

VII. Prudentia non minus requiritur ad res gerendas, quam felicitas, quia hæc ſtabili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

bilimentum eſt felicitatis, quæ ſine illa raro diuturna.

VIII. Æquitas & juſtitia eſt fundamentum, quo nova civitas aut reſpublica non poteſt carere, ſi in civitatem vere unam concordem, & omnibus gratam debe coire.

IX. Sine unius regimine, ſeu poteſtat dignitateque regia novam conditam civita tem vix reperias.

X. Non mandata, præceptiones, mina imperanti faciunt auctoritatem atque ve nerationem, quam virtus.

XI. Juſtitia virtus imperantium præc pua, qua auctoritatem apud cives ſuos cor ſequuntur, & confirmant.

XII. Manet etiam in colonis quædam obligatio ad obſequium & officia præſtand iis, unde exivere.

XIII. Obſequio & officiis plus ſæpe a potentiam proficitur, quam imperii & d gnitatis oſtentatione.

XIV. Promiſſa joco & per irriſionem f cta interdum dant occaſionem exigen ſpecioſo juris prætextu, ad quod alias nul erat ratio idonea.

XV. Felix armorum ſucceſſus formida biles & venerabiles facit, qui paulo ant contemnebantur.

Exe

Exercitationes ſtyli poſſunt dari.

I. Sententiæ elaboratio : *Non minus in rebus arduis prudentia. quam felicitate adjuvamur.*

II. Amplificatio encomiaſtica prudentiæ, qua Miltiades res Cherſoneſi conſtituit, imperium obtinuit inter ſuos, & permittentibus etiam Athenienſibus firmavit.

III. Oratio Legati ad Lemnios, petentis inſulæ deditionem ex cauſa promiſſionis antea Miltiadi factæ.

IV. Reſponſio Charum ad prædictam orationem,

V. Oratio invectiva in diſcedentes Chares, qua quis reprehendat ſtultam promiſſionem ejus, quod nunquam præſtandum ſibi fore ſtultius crediderant, per tractationem loci communis contra promittendi facilitatem , & habendi pro impoſſibilibus, quæ in præſens talia videri poſſunt,

CAP. III.

T*Rajecto*) proprie de itinere per flumina vel maria.

pontem fecit) omiſſa conjunctione, pro, *& pontem fecit*. quomodo & in ſuperiori capite : *Ibi brevi tempore barbarorum copiis disjectis, tota regione, quàm petierat, potius, loca caſtellis idonea communivit*, pro, *& tota regione,*

ne &c. Nihil itaque hic mutandum vide
tur. *Fecit* proprie. hinc *pontifices*. Vide infr
2,5,1, Ciceronem in Vatini. & alios.

qua) ſupple *via*, id enim per ellipſi
omiſſum eſt. *Ducere copias hac iſtave via*, fr
quenter occurrit. Deeſt quoque præpoſiti
in, ut fit in talibus.

traduceret) Iſtrum, puta, ſive ducer
trans Iſtrum. Sic enim plene ſeſe habere d
beret oratio.

dum) Interea, dum; tamdiu, quamd
abeſſet.

Principes) reſpectu auctoritatis & c
gnatonis inter ſuos, citra peculiare quo
dam & durabile munus ac imperium. Na
quod ſequitur, id poſt factum, cum Dari
pontem deberet tranſire.

ipſarum) Joniæ puta & Æolides. iſt
enim hoc vocabulum eſt referendum, qud
liquet ex hiſtoria.

perpetua dederat imperia) regia, priori
bertatis ſtatui adverſa, quæ propterea H
rodotus tyrannica vocavit. Vide Noſtr. i
fra c 8,3.

Sic enim putavit) Eſt hæc auctoris epic
ſis politica, de hoc Darii facto.

Græca lingua loquentes) hoc eſt, Græc
per periphraſin, quæ ſic uti voluit, quia h
ctenus non erant Græci amplius, quod am
ſa libertate, ſubjecti fuerant Dario, adeòq
facti barbari potius & ſervi: & quia meli
inn

nnuit rationem politicam difficultatis, cui
ıoc conſilio obviam erat eundum.

ſi amicis ſuis) principibus iſtis, quos per
ıanc perpetui imperii conceſſionem amicos
ibi fecerat & obnoxios. *Amici* enim dupli-
ci notione hic uſurpantur, primum in oppo-
itio ad ſubditos; & cum ſenſu honoris ac
lignationis, quia perpetua civitatum ſua-
rum acceperant imperia; facti erant reges,
ıtque ſic amici Darii potius, quam ſubditi,
quomodo & amici populi Romani deinde
eges quidam dicti. Deinde in oppoſito ad
nimicos, ac cum ſenſu ſtudii & voluntatis,
quia hoc beneficio obligati, amaturi Darium
videbantur.

tuenda) regenda imperio à ſe conceſſo.
Eleganter autem *tuenda*, reſpectu omnis al-
terius imperii non ſatis tuti eis in civitati-
bus, item finis & propoſiti, ut ad eas tutum
Darius reditum haberet.

ſe oppreſſo) viribus ita privato, ut tueri
eos in conceſſo imperio & conſervare non
poſſit.

crederetur) bene, & in reſpectu ad fidem,
quam habebat ipſis Darius, ut liquet ex ſu-
perioribus. Quare autem *crederetur*, & non
credebatur? An legendum, *cum illa cuſtodia
crederetur*? Ita haberet illud *tum* præcedens,
ad quod reſpiceret. Sane locus hic mihi val-
de ſuſpectus eſt.

afferrent) verbum proprium de peregre

 adven-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

adventantibus & ſignificantibus, alibi facta
male) non eſt *prave*, *imprudenter*, ſed *im*
proſpere.

premi) paulo minus eſt, quam *pelli*, notat
que vim hoſtium magnam, cui ſuſtinenda
ſimus impares. Antecedit ergo τὸ *premi*
tanquam initium, mox ſequitur τὸ *pelli.*

hortatus eſt) bene, tanquam in re hau
ita facili, & ad quam non habiturus era
omnes ſibi ſtatim conſentientes.

à fortuna datam) grandius ſic loquitur, &
ſententioſe, & cum fundamento politica
obſervationis.

transportaverat) proprie in reſpectu a
navigationem & naves, quibus proprie re
hominesque portantur. Supra *traduxera*
cujus hæc eſt variatio.

ſed etiam) relativum præcedentis *non ſo*
lum, & fere ſemper membro potiori additu

Græci genere) pro *de genere*, per ellipſi
præpoſitionis, frequentiſſimam in ſimilibu
locutionibus. *De genere* autẽ, pro quoad ge
nus, ſecundum genus. *Genus* quoq; ponitu
pro gente, ſicut ſæpe. Notanda quoq; varia
tio, ſupra enim pro his uſurpaverat: *Græc*
lingua loquentes, qui Aſiam incolerent.

Dominatione) vocabulum invidioſum, u
argumento & propoſito ſerviatur. Supr
poteſtatem & *imperium* dixerat.

& periculo) reſpicit futurum: Non tan
tum à dominatione, cui ſubjecti ſint in pra
ſen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſens, ſed & à periculo dominationis futuræ liberos fore.

regem) Secundum excellentiam uſurpatur de rege Perſarũ. Intelligitur hic autem Darius, qui rex dicitur non ſine occulta invidia, quam habet nomen apud populos libertatis ſtudioſos. Non autem ſolus ipſe intelligitur, ſed una cum exercitu ſuo, quod notandum. Nomine ducis totum exercitum ſignificari, etiam in populari ſermone eſt receptum.

paucis) pro *in paucis.*

accederent) animo approbante & conſentiente. genus locutionis uſurpatum in reſpectu ad conſuetudinem veterem indicandi ſententiam ſuam per tranſitionem in hanc illamve partem cenſentium.

res conficeretur) efficeretur id, quod ſuaſum erat. Per *rem* enim ſignificat negocium, de quo datum fuit conſilium.

obſtitit) malo ſenſu, & cum nota pertinaciæ, ſtudiique adverſandi.

ſummas imperii) elliptice, pro *res ſummas imperii.* Res ſumma imperii eſt idem, ac ſummum imperium. Hinc *rem ſummam imperii*, vel *ſummam imperii tenere*, pro *ſummum imperium tenere.* Atque ita loqui noſter debuerat. Pro *ſummam* tamen maluit dicere *ſummas*, quia ſermo hic de pluribus, tale imperium tenentibus.

regno ipſorum niteretur) Pro *in regno*, vel

regno inniteretur. Illud *niteretur* elegans eſt reſpicitq; fundamentum ruboris ac virium quod in eo habebant.

dominatio) Sine invidia uſurpat, pro *poteſtate*, quam mox vocat.

quo extincto) Darii regno ſcilicet. Elegan ter autem extincto, propter claritatem, qua tum Darii & Perſarum regnum fulgebat.

abhorrere à cæterorum conſilio) Eſt oppoſitum præcedentis *ad conſilium accedere*. Nota autem non ſimplicem diſplicentiam, ſed conjunctam cum metu gravioris mali, ſi contrarium admittatur.

ut) relativum ſuperioris *adeo*.

confirmari) oppoſitum ſuperioris *extingui*.

ſententiam plurimi eſſent ſecuti) Supra; *ad hoc conſilium cum plerią; accederent*, elegant variatione.

non dubitans) Sic loquuntur in re, cuju ratio manifeſta, nec ſollicite indaganda.

tam multis) Elliptice, pro *ex tam multis* quod ſignificationem cauſſæ habet, quaſi diceretur, *ob tam multos, quod tam multi eſſent* continetur ſimul obſervatio in his.

ad aures regias) Eleganter, de cognition per famam, aut tertium aliquem.

cujus) Eſt epicriſis, ſeu judicium ſcriptoris morale.

ratio) Idem eſt, ac quod ſupra dixerat *conſilium, ſententiam*, pro quibus elegante

uſu

uſurpatur in reſpectu ad rationem quæ ſuberat, & in ſequentibus explicatur.

non valuit) vim habuit, efficere quid potuit, obſtante Hiſtiæo.

amicior) active debet intelligi, pro, qui magis amaret.

omnium libertati) emphatica oppoſitio inter ***omnium***, & ***ſua***, item ***libertati*** & ***dominationi***, quæ declarat fundamentum ſententiæ & obſervationis practicæ.

quam) refertur ad præcedens ***magis***, quod implicite ac virtute ineſt comparativo præmiſſo ***amicior***, eſt enim ***amicior*** & ***magis amicus*** idem.

In Philoſophia ex hoc capite notanda.

I. Pontium in bellis uſus ſingularis, ſic ut ab eorum poſſeſſione pendeat non raro tota eorum fortuna, qui bella gerunt.

II. Regii in paulo ante liberam civitatem imperii firmamentum illius gubernatio ſingulis committatur, eaque perpetua.

III. Imperia facilius retinentur in populum diverſa utentem lingua per eos, qui & ipſi ea utuntur lingua, quam qui alia.

IV. Honores & munia tribuuntur ſæpe per arcanam rationem firmandæ potentiæ miniſterio eorum, quibus tribuuntur.

V. Fidem nihil magis obligat, præſertim peregrinæ gentis miniſtrorum, quam ſi ſa-

 lus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

lus eorum proxime illigetur ſaluti noſtræ.

VI. Adverſa fortuna etiam amicos ante commovere poteſt ad circumſpiciendas res novas.

VII. Occaſio rerum præclare gerendarum ſemel fere tantum datur, ut propterea ſit imprudentis, eam præbitam dimittere.

VIII. Poſt cladem capitalem in regione peregrina longiusque diſſita acceptam raro reſumi arma, bellumque denuo inferri ſolet.

IX. Liberis paulo ante populis dominatione unius oppreſſis nihil gratius, quam libertatis recuperandæ occaſio oſtenſa.

X. Alia fere dominantibus, alia multitudini expediunt.

XI. Conſervamus ſæpe alios non amore ipſorum, ſed commodi noſtri cauſſa, quod everſis ipſis ſolet periclitari.

XII. Studio commodi privati ſæpe omittuntur ea, quæ honeſta, publicoque ſalutaria poſſunt eſſe.

XIII. Non diu poſſunt eſſe occulta, quæ multis committuntur.

XIV. Virum bonum amiciorem libertati omnium oportet eſſe, quam dominationi ſuæ.

Styli exercitia hæc occurrunt.

I. Bellum à Dario Scythis illatum breviter conſignari poteſt per explicationes cauſſæ, modi, eventus ex Herodoto, Diodoro

Siculo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Siculo, Juſtino, cæterisque, qui ad Juſtinum laudantur.

II. Disquiſitio politica, num prudenter fecerit Darius, quod his peregrinæ, pauloque ante liberæ gentis viris commiſerit rem, à cujus poſſeſſione pendebat ipſius & totius exercitus ſui ſalus.

III. Oratio ſuaſoria Miltiadis poteſt verti in directam & amplificari per propoſita hic duo capita generalia, quorum alterum utilitatem, eamque duplicem comprehendit, alterum oſtendit facilitatem totius conſilii.

IV. Oratio Hiſtiæi, priori oppoſita ſimili modo poterit amplificari.

V. Disquiſitio politica, num à proditionis crimine liberari poſſit Miltiades, & proinde excuſari, vel laudari, quod conſilium reſcindendi pontis, & deſerendi Darii dederit.

VI. Invectiva poterit adornari contra Hiſtiæum, quod ſtudio privati commodi & cupidine dominationis occaſionem liberandæ à ſervitute Perſarum arripere noluerit.

VII. Sententia quoque elaborari per ſuas cauſſas, contraria, teſtimonia & exempla, quæ hic legitur: *vir bonus decet amicior eſſe omnium libertati, quam ſuæ dominationi.*

CAP.

CAP. IV.

H*Ortantibus*) vide. quæ notavi ſupra 3,3. *amicis*) proceribus, conſiliariis. titulus ſolennis & uſitatus quondam in aulis regum, præſertim Perſicorum, nec tam benevolentiæ, quam honoris cauſſa dari ſolitus. Vide Curtium.

interſerens) eleganter de prætextu belli cauſſaque ficta ſuo arbitratu prolataque, qualis non antecedit bellum, quod fit alias in cauſſa juſta, ſed dum cogitatur, dum neceſſaria ad id procurantur, *inter* ea *ſeritur.*

hoſtem) cum effectu belli ſequentis debet accipi, non de ſolo animo.

Sardeis expugnaſſent) De occupatione per vim uſurpatur proprie. *Sardeis* antiquum eſt, pro *Sardes.* Alii libri habent *Sardis*, quod idem valet. Ob Sardes autem nominatim fingit ſe iratum, quia caput fuit Lydiæ totius, & regia Crœſis.

præſidia) grandius, pro militibus præſidiariis, ad amplificandam cauſæ magnitudinem, & prætextus ſpecioſam juſtitiam cum obſervatione digna.

ad Eubœam appulſa) Plene additur τὸ *ad. Appulſa* verbum proprium eſt, & nauticum.

celeriter) num ad *appulſa*, an vero ad *ceperunt* referendum? Mallem prius dicere, ut τοῦ *celeriter* ſimul inſit cauſſa occupationis

nempe

nempe quia ex nec opinato hoſtis venerat.

ejus gentis) Eretrienſium.

abreptos) verbum grave ac ſignificans, poſitum cum reſpectu ad conditionem duram, quam ſubeunt, qui à patria excedere coguntur.

ad regem) vide ſupra 3, 4.

ad Atticam) Plene, ut ſupra *ad Eubœam.* Vide Sanctium de Ellipſi lib. IV. p. 360.

copias) propriè de exercitu & multitudine militari.

abeſt) compoſitum pro ſimplici, nam ſequitur *ab oppido*, ut præpoſitio in verbo ſit otioſa. Solent tamen ſic ſcriptores Latiniſſimi.

oppido) Athenis ſcilicet. uſurpatur ergo & de urbe magna, qualem tum Athenas fuiſſe certum.

tumultu) non tam terror belli & vehementia ſignificatur, quam terroris vehementiæque illius impetus plane improviſus.

tam propinquo, tamq;) Repetitio emphatica cum inſinuatione cauſarum ſufficientium ad illum tumultum.

permoti) verbum elegans, uſurpatumq; cum reſpectu ad gravitatem & virtutem Athenienſium. Eſt enim minus, quam *territi.*

curſorem ejus generis) Sunt enim & alia curſorum genera, quæ omnia tamen differunt à nunciis aut tabellariis cæteris, quod

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

in his ſpectetur ſingularis celeritas & feſtinatio.

quam ceteri) quantum celeritatis poſtularetur, ſi auxilio eſſe vellent.

creati) Solenne verbum de magiſtratibus.

qui exercitui praeſſent) Bene, nec abundat, quod metuunt, quia debebat reddi Græcum verbum στρατηγοὶ, quod aliter, & per ſimplex *pratores* non bene poterat. cum præſertim apud Romanos eſſent prætores, qui non præerant exercitibus, ut qui jus dicebant.

in eis) pro *inter eos*, quia ſequitur, *inter quos.*

contentio) notat non modo deliberationis ambiguitatem, & certaminis ardorem, ſed & ſtudium ſingulare tuendæ ſuæ ſententiæ, atque obtinendi ejus victoriam.

obviam irent) Oppoſitum τῷ *mœnibus ſe defendere.*

acie) id eſt, prælio, dicunt. Sed contendunt prælio, etiam qui ex mœnibus cum hoſte præliantur. Itaque acies notat prælium in aperto campo, juſto ordine diſpoſitis militibus commiſſum.

unus) Ita ſupra 1, 1. *cum unus omnium maxime floret.*

nitebatur) abſolute. Notat ſtudium ſummum trahendi alios in ſuam ſententiam.

primo quoque tempore) Illud *quoque* elegans &

Lectiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Lectiſſima eſt particula, non otioſa, ſed in-
endens vim prioris voculæ. Tacitus uſur-
bat frequentiſſime.

caſtra fierent) locutio non trita, & ideo
notabilis. vulgo *metiri caſtra* dicimus.

animum acceſſurum) Etiam hoc genus in-
frequens, de iis, qui antea timidiores, ſe re-
colligunt, & animum recipiunt.

de eorum virtute non deſperari) Adhuc
ſpem aliquam de ea habere, tanquam nec-
dum omnino extincta. Eleganter.

& hoſteis) emphatica repetitio, ad inge-
rendam rationum copiam, quibus conſi-
lium immutatur.

eadem re) pro, *ex eadem re*, elliptice, i.e.
ob eandem rem.

fore tardiores) eleganter, in reſpectu præ-
cedentis, *animum acceſſurum*, quod eſt velut
oppoſitum hujus; quaſi diceret, animum
non nihil amiſſuros, cognita iſta hoſtium
fiducia, & ex celeritate, hactenus uſurpata,
remiſſuros aliquid..

animadverterent) paulo ante *viderent*, per
variationem.

auderi) Neſcio, num ſatis ſit Latinum,
audetur dimicare. Nemo ſane diceret, *incipi-
tur hoc agere*: nam vel paſſive utrumque ef-
ferimus, *incipitur hoc agi*, vel active, *incipiunt
hoc agere.* Itaque mea ſententia eſt rectius,
quod habet codex quondam meus, poſt à
me Bœclero datus dono, qui pro *auderi*, præ-
fert

fert *audere*. Quanquam cum *auderi* elegan tius reſpondeat, τῷ *deſperari*, pro *dimicare* malim legere *dimicari*.

Sequuntur nunc nonnullæ obſervationes.

I. Civitatis liberæ, ſi potentes reges ha bent vicinos, raro manent tutæ ac tran quillæ.

II. Ad res in locis mari vicinis cinctiſu gerendas longe minori equitum, quam pe ditum numero eſt opus.

III. Bellis omnibus, etiam iniquiſſim ſuſceptis, cauſſæ prætexuntur exterius ho neſtæ ac decoræ.

IV. Quæ in vulgus fere ſparguntur be lorum cauſſæ, differunt plurimum ab eo rum cauſſis veris.

V. Veræ bellorum cauſſæ raro ſatis ho neſtæ, potentiæ nimirum amplificandæ ſtu dium, aut invidia vicini florentis.

VI. Nihil æque valet in bello, ac celer tas, qua, præſertim ab initio, expediuntu facile, quæ alias ſunt difficillima.

VII. Inter artes firmandæ in populo ant libero dominationis eſt, transferre habit tores iſtiusmodi ex ſuis ſedibus in region alias, & in eorum locum alios, qui ſint ſue regii imperii, ſubſtituere.

VIII. Periculum magnum, maxime ſi propinquum ſit, plurimum commove animum ſolet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

IX. Generoſi atque imperterriti animi eſt ſignum, ingruente & magno & propinquo periculo nil de ſpe animove remittere.

X. Ambigua fere ſolet eſſe deliberatio, num hoſti obviam eundum, an expectandus, donec ipſe veniat: num procedendum in aciem, an manendum intra mœnia.

XI. Obviam ire hoſti & militum propriorum auget animos, & hoſtilium fere minuit.

XII. Fiunt non raro animoſiores milites eo ipſo, quando ſentiunt, de animo ipſorum non deſperari.

XIII. Ut ſe copiæ exiguæ opponant & ultro eant obviam ingenti multitudini, res eſt rationi vulgari adverſa, & ideo vix credibilis aut opinata.

XIV. Audacia inopinata etiam confidentibus antea terrori ſolet eſſe, eosque tardare.

Stylus in his exerceri poterit.

I. Formetur oratio conſiliarii, Dario ſuadentis bellum contra Græcos, & ut ipſos imperio ſuo ſubjiciat.

II. Per modum Manifeſti, quod appellant hodie, ſcribatur declaratio cauſarum, quæ Darium impulerint ad inferendum Græcis bellum.

III. Diſquiſito fiat per modum examinis politici, num cauſſæ belli à Dario prolatæ,

ſint veræ, ac ob eas Græci meruerint tant
bello affligi.

IV. Deſcriptio campi Marathonii e hoc, & mox ſequenti apud noſtrum, aliiſc apud alios Scriptores locis concinnetur.

V. Formentur litteræ Athenienſium a Lacedæmonios, quibus implorant eoru auxilium contra Darium.

VI. Hemerodromi qui fuerint, & quar ita dicti ſint, paulo diligentiori cura ex ant quis monumentis explicetur.

VII. Suaſoria, qua quis perſuadere Ath nienſibus conatur, ne ſe objiciant temei tantæ hoſtium multitudini, ſed ſe urbis ſu munimentis tueantur, formari poterit.

VIII. Fiat oratio Miltiadis huic oppo ta per amplificationem eorum quæ extai apud noſtrum.

CAP. V.

P*Rater Plataenſes*) rei magis, quam verb reſpondet. Debebat alias ſcripſiſſe *Plat enſium.*

armatorum) per variationem ſuperior *militum.*

completa ſunt) eleganter, in reſpectu a perfectum numerum Denarii, cui ante ur tas deerat.

mirabili) non tam ob vehementiam magnitudinem, quam paucitatem comp ratam cum ingentibus hoſtium copiis. Qui

enim decem millia poſſint adverſus ducenta & decem millia? Itaque fuit cupiditas vere mirabilis.

flagrabat) ſignificans verbum, & exprimens cum magnitudine vehementiam & vim cupiditatis adverſus omnia, quantumvis ardua.

quo factum eſt) Variatio ſuperiori cap. 2. *quibus rebus fiebat*. continetque ſignificationem cauſſæ, præ per tranſitionis hanc formulam eleganter inſinuatur.

valuerit) non tam potentiæ reſpectu, quam conſilii, quod dederat, de faciendis caſtris. Nam *Miltiades valet*, idem eſt, ac quod ſupra dixerat ſenſu contrario, *Miltiadis ratio non valet*.

impulſi) bene, ac in reſpectu cæterorum omnium, qui obſtabant; uſurpatur quippe de eo, quod obtinetur cum difficultate & quadam quaſi reluctatione.

eduxerunt) compoſitum pro ſimplici, ob præmiſſam præpoſitionem.

deinde poſtero die) Illud *deinde*, appoſitum per pleonaſmum, poteſt, & ſolet alias abeſſe.

è regione) caſtrorum, ut arbitror.

nota arte) non debet hoc à præcedentibus divelli, per interjunctum comma, cohærent enim; *acie è regione inſtructà nova arte*. Senſus, inſtruxerunt aciem ſuam tali modo, ut re poſſet circumveniri à multitu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

dine hoſtium, eratque modus ille antea e
inuſitatus, quia nunquam ipſis tam pauc
contra tantam multitudinem fuit pugna
dum: tum vero ex nova cauſſa noviter e
cogitatus & adhibitus cum fructu. Non ſat
commode, *nova ars*, hic *novum conſilium* e
plicatur, cum ipſam ſpeciem & ordinati
nem aciei reſpiciat.

namq; arbores) Varie tentant vel form
re, vel explicare locum hunc, ſed ſine ſu
ceſſu. Manent nihilominus obſcura & ar
bigua omnia, niſi hæc includas parenthe
qua ſola unicaque locus hic integritati e
dentiæque ſuæ reſtituetur verba iniqua,
namq; arbores multis locis erant rara, quæ cor
mune nihil habent nec cum iis, quæ præc
dunt, nec cum iis, quæ ſequuntur.

hoc conſilio) Hoc exponunt jam de ar
nova, jam de arboribus fruſtra. Nec juv
tur locus, ſi dicas, *non ſane erant hoc conſi*
ſed quia erant, conſilio ſolenti aciei accommod
bantur. Nihil tale vult is locus. Et quis qu
ſo Latine ac intelligenter loqueretur, q
pro, *arbores exiſtentes ibi accommodantur co*
lio ſolerti ad hanc rem, diceret, *arbores ibi ſu*
hoc conſilio? Itaque hæc quidem omnia
caſſum diſſeruntur. Verba, *hoc conſilio*
ferri debent ad ſuperiora, *ſub montis radicibus*
acie è regione inſtructa. Datur nempe rat
cur aciem inſtruxerit ſub montis radicib
diciturque id factum non temere, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

eculiari *conſilio* , ut montium tegerentur
ltitudine. Et hæc quidem una fuit ſed fuit
x altera, ut impediretur equitatus hoſtilis,
uo minus ipſos circumvenerit ac claude-
et à tergo. huc faciebat tractus arborum ad
edem montis enatarum. De quo quia ni-
il anteceſſerat , idcirco additur in paren-
heſi , *namq; arbores erant multis locis raræ.*
Quia denique ne arbores quidem ſolæ face-
e hoc poterant, niſi pro earum ratione acie
liſpoſita, iccirco & hoc factum oſtenditur,
dque *nova* quadam *arte.* Hæc ſimpliciſſi-
na veriſſimaque hujus loci vexatiſſimi ex-
licatio. Qui proinde totus ita debet ſcribi,
x diſtingui: *Deinde poſtero die ſub montis ra-*
licibus, acie è regione inſtructa nova arte, vi ſum-
na prælium commiſerunt (namq; arbores multis
ocis erant raræ) hoc conſilio, ut & montiũ &c.
llud *hoc conſilio* eſt poſitum pro *cum hoc con-*
ilio, ut ſæpe. Et hæc quidem monui jam
am ante annos undecim ad primam Phæ-
lri editionem quod hactenus à nemine ob-
ervatum miror.

tractu) longitudinem notat ſine copia
vel multitudine.

ne multitudine) pro *ne à multitudine*, per
ellipſin præpoſitionis.

clauderentur) militare verbum, id eſt, in-
cluderentur, per circumventionem hoſti-
lem à tergo juxta & à fronte.

locum aquum) ut qui plus prodeſſet ho-

 ſtibus.

ſtibus ad victoriam obtinendam, quam ſibi Continent hæc ſimul judicoſam cauſarum explicationem.

tamen) relativum præcedentis *etſi.*

fretus) fiduciam ſignificat ſingularem, ubi alias non ſolet eſſe.

confligere) Simpliciter, quod ſupra per phraſin *prælium committere* extulerat, variatione eleganti. Mox pro his uſurpat *dimicare*, quod hic ſtatim obſervandum.

ſubſidio venirent) Athenienſibus videlicet, qui hic ſubintelligendi. deeſt enim *eis.* Pro *ſubſidio*, ſupra poſuit *auxilio.*

produxit) hoc eſt *duxit, eduxit.*

tanto plus virtute) Rarius loquendi genus *Tanto*, ponitur elliptice, pro *in tanto negotio* vel *opere*, quemadmodũ frequentiſſime conjunctim dicimus *tantopere*, ac idem eſt, ac *in tantum. Plus* quoque debet intelligi cum reſpectu comparationis membri ejus, quod deeſt, ſcilicet, *quam Perſæ.*

ut decuplicem) Illud *ut* refertur ad *tanto* Pro *decuplicem* legitur *decemplicem*, quod nonnulli præferunt, ſine neceſſitate.

perterruerunt) Perſas nempe, quod omiſſum obſequens *Perſæ* hic intelligendum eſt.

non caſtra, ſed) remotio elegans, ad declarandam terroris magnitudinem, cum obſervatione conſuetudinis alias receptæ.

qua

qua pugna) Per judicium hæc apponuntur.

adhuc) Pro *adhoc*, quod elliptice uſurpatur pro *usq; ad hoc tempus*.

eſt nobilius) Periphraſis ſuperlativi, ad attollendam claritatis magnitudinem. Quo pertinet & neutrum poſitum abſolute pro adjectivo, reſpondente ſubſtantivo præcedente. Vulgariter debuiſſet dixiſſe, *qua pugna nulla adhuc eſt nobilior*. Sed alterum eſt grandius. Itaque & plus eſt quodammodo, quam ſi dixiſſet, *ea pugna eſt nobiliſſima*, quoniam cum comparatione dicitur, qua pugna nihil eſt nobilius.

nobilius) notius, clarius, celebrius, reſpectu famæ,

nulla enim) etiologia, ſeu cauſſæ explicatio, pertinens & ipſa ad attollendam facti magnitudinem, cum obſervatione conjuncta.

tam exigua) oppoſitio *manus exigua*, & *tantarum opum* eſt emphatica, eodem fine inſtituta.

tantas opes) ſupra *copias* & *exercitum* dixit. Eleganter autem hic vocantur opes, propter ſpei magnitudinem, quam in earum vi collocatam Darius habuerat.

Philoſophia hujus capitis continet has obſervationes.

I. Res eſt admiratione digna, ſi admo-

dum pauci contra multitudinem ingentem ultro cupiant deſcendere in aciem, cum multitudo fere ſit terribilis natura ipſa, & ne Hercules par duobus feratur.

II. Acierum inſtruendarum ars eſt ſingularis, conducens plurimum ad obtinendam victoriam, nec ſemper eadem, ſed alia & alia, pro locorum ratione, & conditione hoſtium.

III. Quando paucioribus adverſus longe plures eſt negociis, providere debent, ut à tergo ſint tuti, nec undiquaque circumveniantur.

IV. Tergum præſtari tutum poteſt ſæpe per conditionem locorum, ſi ab eo alti & impervii ſint montes.

V. Equitatus eſt inutilis in locis, arboribus frequentibus conſitis.

VI. Numero & multitudine copiarum plurimum plerumque fidunt barbari, paucitatemque contemnunt, ſed ſuo ſæpe cum damno.

VII. Hoſti auxilia expectandi non eſt dandum ſpacium, ut ea ſibi jungat, ſed, ſi prælium placuerit, ante confligendum.

VIII. Pauci, virtute præſtantes, ignavorum ſuperare poſſent multitudinem innumerabilem.

IX. Caſtra ſolenne refugium eorum, qui ſunt prælio ſuperati.

X. Succeſſus inopinatus virtusque inex-

pectata

pectata longe terribilior hoſtibus, quam ſi
ante prævidiſſent, vel fuiſſent ſaltem ſuſpi-
cati.

Stylus per hæc exerceri poterit.

I. Fiet deſcriptio prælii inter Perſas & Græcos in campis Marathoniis, per collectionem eorum omnium, quæ de eo apud Græcos & Latinos Scriptores reperiuntur.

II. Ethopœia, qua repræſentetur id, quod cogitare potuerit Datis, cum ſibi obviam venire Athenienſes, & palam prælium inſtruere audiviſſet.

III. Encomium Græcorum, qui pro patria fortiter pugnantes occubuerunt in campis Marathoniis.

IV. Poterit eorundem ſcribi titulus ſepulchralis.

V. Laudatio Miltiadis ob prudentiam conſilii ante pugnam, & fortitudinem in prælio.

VI. Elaboratio ſententiæ; ***etiam exigua manus aliquando proſtravit copias ingentes.***

CAP. VI.

Cujus victoria) Tranſitio cum inſinuatione obſervationis ſecuturæ.

non alienum) Simpliciter, pro *non alienum ab hoc loco à noſtro inſtituto*, ſicut alias Scriptores ſolent, quod notandum. Collocantur quoque verba hæc numeri elegantioris

gratia iſto loco, cum reſpectu ordinis naturalis poſt verbum *tributum* ſtare deberent.

docere) plus eſt, quam *exponere, narrare* inſinuatque ſimul rei notabilitatem, pertinentem ad vitæ quandam informationem

quo facilius) expolitio per declarationen finis, id eſt commodi, quod ſecum trahe iſta commemoratio.

eandem eſſe) Sententia, obſervationen practicam complectens.

civitatum) rerumpublicarum, populorum ſub certis legibus, quibuscunque denique viventium. Prorſus, lato ſenſu ponitur, ſicut apud Tacitum in vita Agricolæ al initio, *magna parvaq; civitates.*

naturam) indolem, ingenium, animum Aliud eſt *conſuetudo*, & naturæ hujus potiu effectus aliquis, aut conſequens.

ut populi noſtri) Amplificatio per exemplum. Placet itaque conjunctio, quæ legitur in Mſ quodam meo: *ut enim populi.* Quo autem codex Leidenſis pro *noſtri* habe *Romani*, ſine dubio ex gloſſa eſt.

noſtri honores) non paſſive, quos habebat, ſed active, quos tribuebat bene merentibus.

tenues) ſumptus & pretii reſpectu ; tales, quæ poſſent tribui citra magnam pecuniarum impenſam.

glorioſi) qui gloriam afferunt & celebrationem, bono ſenſu.

effi

effuſi) oppoſitum eſt utrique præcedenium, *rari* & *tenues*: referturque & ad numeum, & ad pretium, uſurpaturque, cum in eutro tenetur modus, ſimul ſignificans eſt pitheton, quod arguit neglectum debiti udicii.

obſoleti) oppoſitum eſt τȣ̃ *glorioſi*, & ſigniicat id, quod quotidiano uſu detritum, fatum eſt contemtibile, ut frequenter habita & debita veſtis.

apud Athenienſes fuiſſe) Pro *Athenienſium uiſſe*, ſicut ſupra, *populi noſtri fuiſſe*, per vaiationem. Repetendum autem ἀπὸ κοινῶ, quod itiem habetut ſupra, *honores raros & ennes* &c.

huic Miltiadi) δικτικῶς, cum ſingulari ri illud *huic* eſt poſitum.

qui Athenas) deſcriptio encomiaſtica ententiæ ſerviens per comparationem cum præmio ſtatim memorando.

imago poneretur) pro ſuperiori *depingereur*, eleganter, quia non tam ad picturam, quam locum ordinemque reſpicitur.

præliumque committeret) Plus eſt aliquano, quam Germanorum anführen / quia qui oc facit, non ſtatim neceſſe habet, ut & ipſe pugnet. At vero qui committit, pugnat & pſe. Miltiades non fuit pictus ambulans nte ſuos milites, eosque ducens, ſed horans voce, ipſe quoque dimicans manu. Ita nim mutuo ſe naturaliter hæc excipiunt.

Pri-

Primum eſt ducens, poſt hortans, tun
prælium committens; qui ordo inverte
retur, ſi *prælium committens* explicaretur pe
anführen.

Idem ille) Cum emphaſi hæc dicuntur.

majus imperium) cum fundamento pra
ćticæ obſervationis hoc & ſequens adjicitu

largitione magiſtratum) malo ſenſu, pr
donatione, quæ fit, ut quis adipiſci poſſ
munia magiſtratus.

corruptus eſt) verbum elegans, quo vit
hujus exprimitur natura.

Demetrio Phalereo) ſignificanter, & cu
tacita comparatione muneris & merito
rum, opponitur Miltiadi, rhetor belli duc
cauſarum patronus liberatori Græciæ.

Notabilia Philoſophiæ ratione occurrunt.

I. An, quæ, & qualia ſint virtutis rerun
que bene geſtarum in qualibet civitate pra
mia, ſcitu & obſervatu dignum eſt.

II. Eadem pœne omnium civitatum e
eſt natura.

III. Honores quo rariores ſunt & tenui
res, hoc ſolent eſſe glorioſiores, magisqu
æſtimati.

IV. Honores effuſi, & qui cuilibet ſi
judicio ac modo præbentur, ſolent obſol
ſcere ac contemni.

V. Ut honor habeatur talis, non prei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

& impenſæ magnitudine efficitur, ſed conceſſionis raritate.

VI. Res præclare geſtæ olim depingebantur in locis publicis, ut quotidiano incitamento eſſent ſpectantibus ad ſimilem virtutem.

VII. Olim inter præmia, quibus honobatur virus alicujus, etiam eximia fuit, ut ipſius imago pingeretur in loco publico.

VIII. Fit plerumq;, ut cum incremento imperii, decreſcat populi imperantis judicium, neſciatq; aut virtutem recte æſtimare, aut dignum ei tribuere præmium.

IX. In magnis imperiis ut fere aliarum rerum, ita & præmiorum, quibus honorari virtus debet, eſt profuſio.

X. Largitiones, quibus honores emuntur, corrumpunt civitatum judicia, ut præmia virtutum auferant dignis, & tribuant indignis.

Styli exercitia inſtituenda hæc videntur.

I. Romanos ſuis obtuliſſe raros & tenues honores quondam, exponatur per exempla cum in ſago, tum in toga.

II. Elaboretur ſententia : *Rari & tenues honores glorioſi, effuſi vero obſoleti.*

III. Quæ apud Athenienſes fuerit Pœcile porticus, unde ita ſit vocata, & quam ſpeciem, quamque uſum habuerit, ex antiquis

quis Græcorum Latinorumque monumen-
tis demonſtretur.

IV. Invectiva oratio ſcribatur, qua po-
pulus Athenienſium arguatur imprudenti-
ac judicii perverſi, quod honores ſoli ma-
gnæ virtuti debitos tribuerit meritis vulga-
ribus, eosque ſumptuoſos eſſe potius volue-
rit, quam glorioſos.

V. Demetrii Phalerei fiat deſcriptio bre-
vis, vel potius vitæ narratio, quis fueri-
quomodo vixerit, quem vivendi habuer-
finem.

CAP. VII.

DEderunt) in poteſtatem ſcilicet, ut præ-
eſſet ei, tanquam dux & imperator. I-
enim hic *dare*, fidei nempe & poteſtati al-
cujus committere.

inſulas) grandius, pro incolis, ad notan-
dum negotii gravitatem.

barbaros) Specialiſſima notione de Perſi-

imperio) claſſis, puta, hoc eſt, quia im-
perabat claſſi, perque eam ſibi obſequen-
tem, quidvis poterat efficere contra perti-
naces.

ad officium redire) quod debebant Athe-
nienſibus, his autem deſertis, præſtiteran-
Perſis. Non obſequium modo notat, ſe-
quicquid pro illo obſequio dari fieriv-
oporteat.

opibus) viribus, potentia, ut ſupra.

recon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

reconciliare) revocare ad officium, quale ſupra dixerat, eleganter, in reſpectu ad alienatum per ſemel factam temerariam deſertionem animum.

è navibus) Præpoſitio abundat, ſicut aliis locis. Abſunt alias hæc verba duo â Mſ. noſtro veteri, & fortaſſe irrepſerunt è gloſſa.

operibus) proprio & militari modo loquendi utitur, quo ſignificatur fere foſſa cum vallo, quibus cinguntur urbes, quando inſtituitur obſidio. Ideo & diſtinguit mox à vineis & teſtudinibus.

omniq; commeatu) Hoc accipiendum puto non tam de annona, quam in univerſum omni cum aliis commercio. **Es funte nichts aus oder einkommen.** Itaque ſequitur mox, conjeciſſe tantum de adventu claſſis Perſicæ, certo ſciviſſe nihil.

propius muros) pro, *ad muros*, quia ſequitur *acceſſit*.

acceſſit) Proprium & militare. Gallis *approcher*.

in eo eſſet) ſcilicet negocio occupatus Miltiades, aut conſtitutus. Ita enim puto ellipſin hujus formulæ explendam. Notat autem rem imminentem tempore præſenti.

neſcio quo caſu) formula varietatem & incertitudinem narrationem ſignificans.

ut ab oppidanis) poſtquam, cum eſt viſa.

venit in opinionem) Eo modo, ſicut quid

dici-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

dicitur *venire in ſuſpicionem, conſpectum, amo-rem*, pro amant, conſpiciunt, ſuſpicantu, opinantur. Genus Latini ſermonis,

ſignum) adventus ſui, quo animarentu obſeſſi ad conſtantiam & ſpem auxilii, br-vi tempore adfuturi.

claſſiariis regiis) claſſiarii ſunt non ſoli m-lites, ſed omnis multitudo, quæ in claſ verſatur. Regii autem hic ſecundum exce-lentiam, Perſarum regi merentes.

deterrerentur) Reſpicit ſuperiora, *cum jam in eo eſſet, ut oppido potiretur*. Deterreba-tur ergo reſpectu hujus propoſiti, quod na expediebant, non vero metus alicujus claſſiariis, quippe qui auxilio veniebant. U verbi hujus iſto loco ſit abuſio, pro *detinere-tur, dimoverentur*.

incenſis) per feſtinationem ſcilicet cr-matis.

ſtatuerat) ſupra *conſtituerat*. verbum pr-prium hujus rei.

proditionis) Hic eſt titulus accuſationis qualis ſolenniter ſolebat inſcribi libellis, at publice recitari. Ita, *accuſatus furti, perdu-lionis, majeſtatis*, creberrime apud veteres.

à rege corruptus) de utroque dixi in ſup-rioribus. Corruptus nominatim per pec-nias intelligendus, per quas labefactata fid, vir antea bonus fit malus, id eſt corrum-pitur.

à pugna diſceſſiſſet) in Mſ. noſtro veteri a-

e

eſt præpoſitio, quod mihi rectius videtur, quia cum præcedat paulo ante, repetitio ejus ingrata eſt. Pugna autem intelligitur in Parios, qua compellendi erant ad deditionem.

ager vulneribus) elliptice, pro *ex vulneribus*, id eſt, *ob vulnera*.

pro ſe dicere) ſolenniter & proprie, pro *defendere tueri ſe in judicio*. Pro *dicere* mox per variationem ponit *verba facere*.

cauſſa cognita) Etiam hoc inter ſolennia fori verba.

capitis abſolutus) Elliptice, pro *judicio capitis abſolutus*; eſt autem capitis judicium, quo judicatur de capite alicujus atque vita, utrum nempe ſervare debeat, an amittere. Deeſt quoque hic conjunctio *quidem*, ſicut in ſequentibus *autem*, quæ huic debebat reſpondere.

æſtimata eſt) Eſt & hoc ſolenne. æſtimatur autem lis, quando per judicem ſecundum leges definitur, quantum reus debeat nomine delicti, per litem ei intentati, & actionem probati. Non enim lis ex intentione nuda, ſed & probatione cæteriſque debet intelligi.

ſumtus factus erat) quaſi amiſſus culpa Miltiadis, & iccirco civitati refundendus, licet cum Rege non conſpiraſſet.

conjectus eſt) bene, ad exprimendam rei moleſtiam, & conditionem miſerabilem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Ratione Philoſophiæ hæc notari poterunt.

I. Ex bello in quoscunque hoſtes, naſci tur fere bellum in ipſorum ſocios, & adjı tores.

II. Populus viribus potentiaque valen plerumque ſolet eſſe ſuperbus, nec credere ſe quoque malis poſſe fieri obnoxium.

III. Priusquam vis & arma tentantur, v dendum, an res expediri poſſit conſilio (conditionibus.

IV. In obſidione omni plurimum m menti ad redigendum obſeſſos in poteſt: tem ſuam habet, ſi obſeſſi omni commeat priventur.

V. In bello ſæpe res fortuita atque ex gua converſionem rerum omnium ſolet e ficere.

VI. Ex conjectura & opinione nihil i bello decernendum, quod ad ſummam illiu faciat.

VII. Falſa quoque maximos effectus ha bent in bellis.

VIII. Qui res perpetuo feliciter geſſe runt in bello, cum fortunam aliquando h: bent adverſam, non tam non potuiſſe vir cere per imprudentiam aut caſus alios cen ſentur, quam non voluiſſe per malignitater animi aut proditionem.

IX. Damnum, quod per ſumptus inutil

te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ter factos ſentit reſpublica, merito rependere is cogitur, cujus culpa hoc accidit.

X. Ut præmiorum, ita & pœnarum ratio diligens eſt habenda in republica, nec ob benefacta præcedentia, malefactum ſine pœna transmittendum, ſi revera fuerit tale, quod pœnam merebatur.

Stylus exerceri poterit his modis.

I. Scribatur Miltiadis Legati ad Parios oratio, qua eos hortatur, ut ſocietati Perſicæ renuncient, & concedant in poteſtatem Athenienſium & Græcorum.

II. Pariorum ad prædictam orationem reſponſio, qua oſtendant, neque fas eſſe, ut regem deſerant, neque ulla neceſſitate ſe eo poſſe compelli, ſic inſtructos, ut vim Græcorum metuere non debeant.

III. Delineentur oratione, quæ fuerint ſpecies vinearum & teſtudinum apud veteres, ex Vegetio, Stevechio, Lipſio, & aliis.

IV. Ethopœia, ſive quibus uti verbis potuerint obſeſſi Parii per gaudium ex putato regiæ claſſis adventu, poſt tot præſertim obſidionis mala, & imminentem deditionem.

V. Fiat deliberatio Miltiadis, utrum expectare adventum claſſis regiæ debeat, an ante eum diſcedere, ſalvis ſuis copiis & claſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

VI. Oratio conficiatur accuſatoria, qu
quis Miltiadem coram populo Athenien
ſium arguat proditionis.

VII. Oratio Steſagoræ defenſoria pr
Miltiade ſcribatur, qua quis objecta crimin
diluat.

VIII. Diſquiſitio fiat, utrum juſte Mi
tiades fuerit damnatus, & annon venia
promeruerit, vel excuſationem.

CAP. VIII.

C*Rimine Pario*) in caſu ſexto, quod in ſe
cundo ſupra extulerat, ubi *accuſatum pr*
ditionis dixit. Debet autem hic intelli
præpoſitio *de*, quæ apud alios addita reper
tur. *Crimen Parium* eſt intentatum ob P
rum, ſeu objectum Miltiadi, & opponitu
hic *cauſſæ* veræ, adeoque ſpeciem tantu
ſignificat. Simul eſt in his tranſitio judicio
namq; Athenienſes) Digreſſio politic
qua in cauſſam veram iuquirit auctor, o
quam Miltiades fuerit ad carcerē damnatu
fuerat) locutio notabilis, *tyrannis hu*
fuit illo tempore, pro *ipſe fuit tyrannus*, ſerv
ens granditati.

omnium) habet emphaſin, quia null
excluditur, quantumvis bonus, & reb
multis magniſque probatus. Sunt in h
omnibus obſervationes crebræ, ut poſt a
parebit, integerque locus politicus.

in imperiis magiſtratibusque) poterat
ſingulari hoc dici, ſed facit pluralis ad ev
dentiam cauſſæ.

ve-

verſatus) non tam actum, operam, exercitationem notat hoc loco, quam uſus crebri frequentiam. nam nil aliud intendit, quam ſæpe & frequenter *magiſtratus geſſiſſe*, id enim eſt *verſari in magiſtratibus*, iſto quidem in loco.

privatus) ſine magiſtratu & imperio, quibus opponitur.

conſuetudine Elliptice, pro *ex conſuetudine*, id eſt *ob vel propter conſuetudinem*. Ablativus cauſſæ, ut vocatur.

trahi) verbum ſignificans, ad attollendam vim conſuetudinis, quæ, licet aliter animatos, vertat eo, quo alias per ſe nunquam erant ituri.

Nam) amplificatio per exemplum.

quos habitarat) puta Cherſoneſum, vel in Cherſoneſo. hoc enim hic intelligendum. Abſolute tamen ita poni, obſervari debet.

dominationem) ad ſuperius *Cherſoneſi* debet referri. *Dominationem* ſic uſurpat ſenſu non malo, plane ſicut ſupra *perpetuum imperium*, & mox *perpetuam poteſtatem*, quæ ſunt hujus variationes.

ſed juſtus) correctio vocabuli invidioſiſſimi apud gentes liberas. Eſt autem juſtus tyrannus, qui imperat perpetuo imperio, libero paulo ante populo, ſed eo volente. Nam quia libero populo, ideo *tyrannus* dicitur, quia volente, ideo *juſtus*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

vi conſecutus) ſupra c. 2. *imperium* vocat

ſuorum voluntate) oppoſitio emphatica ſerviens illuſtrandæ veritati hujus rei, & ſimul gloriæ Miltiadis.

bonitate) ſupra *iuſtitia, æquitate.*

retinuerat) compoſitum pro ſimplici *tenuerat.*

Omnes autem) Definitio generalis tyranni, ex ſententia populi liberi.

& habentur) conjunctionis emphatica repetitio, ad monſtrandam invidiæ magnitudinem, qua laborant, qui in populum paulo ante liberum perpetuo utuntur imperio. Notanter vero ait, *habentur*, & in reſpectu ad præjudicium populi liberi, non autem *ſunt.*

poteſtate ſunt perpetua) genus loquendi notabile. Supra per variationem dixerat *perpetuam obtinent dominationem.*

tum mira comitas) Illud *comitas* exponunt de *civilitate cultus & affabilitatis.* Sed de *cultu* quidem nihil eſt in hoc toto loco, quod nos jubeat cogitare. *Affabilitas* vero cur tam diligenter ab humanitate debuerit diſtingui, ut fit apud noſtrum, non intelligo. Qua enim eſſe poſſit humanitas, affabilitate deſtituta? Et intelligenda eſt hoc loco ea virtus, qua nemo tam humilis eſt, cui non pateat aditus ad aliquem. Id autem affabilitas non facit. Poteſt enim affabilis eſſe qui tamen non ſtatim omnes admittit, etiam humili

nilimos; poteſt admittere quis omnes, nec tamẽ ſtatim eſſe affabilis. Unde Cicer. ad Q. Fr. *Nil intereſt habere oſtium apertum, vultum clauſum*, quaſi diceret, non ſufficit, admittere omnes, niſi & per affabilitatẽ vultusq; amabilitatẽ humaniter excipiantur. Quia itaq; de illa agitur virtute, qua omnes facilitate ſingulari admittuntur, ut ipſe auctor exponit, ea verò nõ eſt comitas, iccirco mallẽ ſcribere cum Scotto *communitas*. Scilicet repudiaſſe hoc vocabulum videntur, quod parum eſſet commune, nec intelligerent, per communitatem accipiendam virtutẽ eam, qua quis ſe communem facit omnibus, nec ſeorſum hos illosve ſeligit. Quo ſenſu vocabulum *communis* apud ipſum legitur Ciceronem in Lælio ubi amicum vult eſſe *simplicem, communem, conſentientem.*

ut nemo eſſet tam) Periphraſis ſuperlativi, faciens ad emphaſin dicti.

humilis) reſpicit fortunas, & vivendi ſortem, ſive ſtatum.

aditus) ſimpliciter, quod cum appoſito *aditum conveniendi* alibi uſurpat. notanter de admiſſionibus ad colloquium.

civitates) Græciæ liberas, ſpecialiori quadam notione.

nobile nomen) notum & celebre per famam rerum geſtarum, idque apud exteros, ſicut præcedens apud Græcos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

reſpiciens) obſervans, indeque formar ſibi metus.

cum innoxium) epitheton judicioſum.

eſſe in timore) cum fundamento obſerva tionis hæc dicuntur. Intelligit autem timo rem propter illam Miltiadis laudem milita rem, nomen nobile, magnamque auctor tatem.

Philoſophia hujus capitis illa poteſt eſſe.

I. Magni viri ſæpe aliis damnantur cau ſis, quam quæ proferuntur publice.

II. Populi liberi metu tyrannidis timer omnium ſuorum civium potentiam, etiar bonorum, ſi privatim quaqua ratione mo dum excedat.

III. Populi recens à tyrannide liberat libertati ſuæ metuunt etiam in minimis, et iam in iis, in quibus cauſſas timendi haber plane nullas.

IV. In populo libero ſupra modum com munem magnum fieri, licet per optima honeſtiſſimasque artes, intutum eſt, cor junctumque cum invidia & ſuſpicione.

V. Videtut privatus vivere non poſſe qui multum in imperiis & magiſtratibu verſatus eſt.

VI. Ipſa conſuetudo imperii ſolet ple rumque cupidos imperandi facere, illos et iam, qui alias non ita avidi ſunt imperii.

VI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

VII. Eſt & juſtus aliquis tyrannus, qui ıempe perpetuum obtinet imperium in po- ulum ante liberum, populi illius volunta- e, eamque poteſtatem bonitate retinet.

VIII. Solet aliquando & liber ante popu- us perpetuum in ſe velle imperium, ſi impe- aturum cernit eſſe juſtum, bonum, huma- ıum, civilem.

IX. Artes, quibus etiam in populo ante ibero gratum redditur imperium perpe- uum, ſunt bonitas, humanitas, commu- ıitas.

X. Quorum in civitate libera magna auctoritas, foris nobile nomen, laus rei mi- litaris maxima, ii ſuis ſolent civibus timori eſſe, tanquam inſidias ſtruerent libertati.

XI. Quos populus metuit, eos ſub quo- cunque prætextu ſtudet tollere è medio.

XII. Mavult, quisquis poteſt, innoxium plecti, quam ſe eſſe in timore.

Styli exercitia tractanda.

I. Narratio & hiſtoria brevis conſignan- da de Piſiſtrato, ejusque tyrannide in popu- lo Athenienſium.

II. Deliberatio ſcribatur, annon è re pu- blica ſit, ut oblata pulchra occaſione poten- tia Miltiadis infringatur, priusquam liberta- tem omnium evertat.

III. Diſquiſitio politica, utrum revera ma-

 lum

lum aliquod libertati publicæ timendu[m] fuerit à Miltiade, poterit inſtitui.

IV. Sententia elaborari poterit, *ad im-perii cupiditatem trahit ipſa conſuetudo impe-randi.*

V. Diſſertatio de tyrannis fiat, unde d[i]-cantur, qui ſic dicantur, quotuplices ſin[t], quibus rebus differant &c.

VI. Amplificatio virtutum, quæ lau-dantur in Miltiade, inſtituatur, per earum in-dolem, cauſſas, effecta, conſequentia, exem-pla, comparationes, contraria, & id genus.

VII. Diſquiſitio in partem utramqu[e] tractetur, utrum fas ſit civem aliquem, l[i]-cet innoxium, punire, quo ſecuritati atqu[e] libertati publicæ conſulatur.

VIII. Vituperatio Athenienſium o[b] punitum Miltiadem ſine cauſſa juſta, & pro-pter ſolum timorem temere confictum.

IX. Locus communis de miſerabili for-tuna magnorum virorum in liberis rebus-publicis, qua poſt res optime geſtas ob ſu-ſpiciones meras morte aut exilio fere ſun[t] multati.

JOAN

JOANNIS SCHEFFERI
ARGENTORATENSIS

In

C. PLINIUM CÆCILIUM SECUNDUM NOTÆ.

AD LIBR. PRIMUM.

p. II. T*Entavi enim imitari Demoſthenem, ſemper tuum*) Omiſerunt viri docti explicare nobis hunc ocum, cum tamen ſit obſcurus, intellectuue difficilis. Nemo enim mihi dixerit, quonodo illud *nuper*, quod de Calvo habetur, onveniat cum præcedenti *ſemper*, quod ertinet ad Demoſthenem, cum tamen illæ oces ad ſe mutuo referantur. Vidit, qui ditionem Baſileenſem adornavit, ac iccir-o illud *Calvum* delevit. Sed ſi deleatur, uomodo conveniat τὸ *tantorum virorum*, uod ſequitur, cum mentio unius fiat Demoſthenis? Itaque ſic puto locum totum ſſe diſtinguendum: *imitari Demoſthenem, & ſemper tuum Calvum, nuper meum*. Editiones omnes, etiam nuperrima Hackiana, diſtinctionem ponunt ante vocem *Calvum*, uod ſenſum facit corruptiſſimum. Contra ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſi ſic legas, omnia erunt clara. Tentavi, ai
imitari Demoſthenem ex Græcis, ex Latin
vero Calvum, quem quum tu jam ante d
ligens maxime, nuper ego quoq; cæpi am
re, ac præ cæteris ſequendum proponer
Quod de Calvi voce retinenda dixi, ſuade
etiam oratio ipſius, quæ orationi noſtri fu
ſimilis. Cicero in Bruto: *Ad Calvum reve
tamur, qui orator fuiſſet cum litteris eruditio
quam Curio, tum etiam accuratius quoddam
dicendi & exquiſitius afferebat genus: que
quanquam ſcienter eleganterque tractabat, nim
um tamen inquirens in ſe, atq; ipſe ſeſe obſerva
metuensq;, ne vitioſum colligeret, etiã verum ſa
guinẽ deperdebat. Itaq; ejus oratio nimia religi
ne attenuata doctis & attente audientibus er
illuſtris; à multitudine autem, & à foro, cui na
eloquentia eſt, devorabatur. Tum Brutus, A
ticum ſe, inquit, Calvum noſter dici oratore
volebat, inde erat iſta exilitas; quam ille de i
duſtria conſequebatur.* Habes plane verb
hiſce deſcriptum id ſtyli ac orationis genus
quo Plinius ſolet uti, ut ſatis vel hinc liquea
Calvum eſſe ſecutum. Quod autem Ca
vus etiam apud alios tum fuerit in preti
diſcimus ex Fabio, qui lib. X. Inſt. c. I. ſic d
ipſo: *Inveni, qui Calvum proferrent omnibus. E
eſt ſancta ejus ac gravis oratio, & caſtigata, e
frequenter vehemens quoque. Imitator eſt aute
Atticorum, fecitque illi properata mors inj
riam, ſi quid adjectum, non ſi quid detractum
fuit.*

Ep

Ep.III. *Porticus verna ſemper*) Bene Ca-
anæus *vernam* explicat, *ubi ſit perpetuum ver*,
d vero non bene, quod hanc dicat *apricam*
ſtate & hyeme. Sane ſi fuiſſet aprica, id eſt
atens ſoli, non video, quomodo æſtate po-
uiſſet verna eſſe. Quare vernam eo pu-
em dictam, quod æſtate excluderet calo-
es nimios, hyeme vero frigora. Quod fie-
at partim ex ſitu locoque, partim ex ſtru-
tura, quia porticus & tectæ erant, & in am-
itum cinctę arboribus, quibus ſicut ſolis ca-
or, ita imbrium & ventorum vis arcebatur.
Vid.II.ep.17.

ſubjectus & ſerviens) Prius refertur ad ſi-
um, quomodo lib. VIII.ep.20. *ſubjacentem*
acum, & lib. II. ep. 17. *ſubjacens mare* appel-
at. Poſterius ad conditionem, quia totum
pectabat ad villam, nec de jure ejus parti-
ipabat alius.

mollis & tamen ſolida geſtatio) locum hic
ndigitari, ubi geſtationes inſtituebantur,
ion poteſt eſſe dubium vel propter antece-
lentia & conſequentia, quæ partes villæ lo-
aque exponunt. Sed quæ *mollis* illa, quæ
olida geſtatio? Puto ita dici reſpectu ſoli, quod
erat molle, tanquam ceſpite virenti ſtratum,
nec tamen fluxum, lubricum, & veſtigiis
edens, tanquam uliginoſum, aut areno-
um, verum ſolidum & firmum.

cubicula diurna nocturnaque) Hic noctur-
na cubicula, quæ lib. II. ep. 17. *cubicula noctis*

&

& ſomni vocat, ubi capiebant ſomnum. Æ diurna, ſunt conclavia, in quæ ſecreti neg-cii cauſſa ſecedebant, ut ſubmota turba ſ-miliarium ſoli, vel cum paucis poſſent exp-dire, quæ factu erant opus.

Ep. V. *Timidiorem humilioremque*) Pe-turbationes, quibus proprie ſummeq; del-tores ſunt obnoxii ſub bonis Principibu. Atque timidi quidem ex conſcientia ſcel-rum & expectatione pœnarum, quas per c ipſi agnoſcunt ſe mereri. Humiles vero c ſpe impetrandæ veniæ per ſimulatione doloris, cum præſertim bonis ſufficiat fer ad ultionem, ſæpiusque malint pœnitent-am, quam pœnam.

periculum foverat) Hæc ſunt delatoru ſtudia ſub Principibus malis. Bonorum v rorum pericula fovent, id eſt, promover & augent. Exitio non lætantur tantun ſed plane exultant. Denique ne mortuis qu dem quies, quo minus ab ipſis infamia jud ciorum, ſcriptis etiam quandoque affigar tur.

Stoicorum ſimiam) Cui, *Stoicorum*? No modo, quia ſectam eam amabat, ſed &, qui erat ante cæteras inviſa ſub malis princip bus, tanquam nimis inimica & adverſa v tiis, nimis amans libertatis, denique ſoli ſa pienti ſuo verum Regis, Imperatoris, Do mini nomen vindicans; reliquos omnes re putans pro ſervis, atque ſtultis. Cur *ſimiam*

qui

uia imitari cultores ejus ſectæ ſtudeat gra-
itate vitæ, libertateque ſermonis, faciat id
utem ridicule, ac inepte.

ſtigmoſum) tanquam cicatrix, quam ac-
eperat Ruſticus, cum Vitellii eſſet Prætor,
ro ſtigmate haberi deberet, quo fuerit in
ſtus ob ſervitium Vitellio præſtitum, cum
aberentur odio, qui ſtetiſſent à Vitellii
artibus, eum ad imperium veniſſet Veſpa-
anus.

ut dixerit ei) Oportet plane Regulum
xtreme inimicum gravemque fuiſſe viris
onis, cum ne Metio Caro quidem, & ipſi
emporum eorum delatori, probare ſe po-
uerit, ſed ab eo fuerit repræhenſus.

meis mortuis) Quoniam accuſante Caro
pplicio fuerunt affecti.

non adhibuerat) in ſignum inimicitiæ.
am amici ſe mutuo ad hoc invitabant,
atque pars & officium amicitiæ, invitanti
oſequi, & recitantem audire. Vide infra
b. VI. ep. 17. & hoc ipſo lib. ep. 13.

aderam) ut patronus, ejus in judicio de-
ndendæ cauſſa. Verbum ſolenne, de quo
iſſonius.

nitebamur nos) tuebamur partem aliquam
uſſæ, quæ in diſceptationem & judicium
enerat, auctoritate ſententiæ a Modeſto la-
t. Hæc ſententia. Unde colligo, Modeſtum
ium Domitiani temporibus virum Præto-
um fuiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

quod flagitium, ſi male) Recte Catanæu *magnam infamiam mihi inuſſiſſem.* Sed cuj rei infamiam? Iniquitatis, quod virum opt mum auſus eſſem repræhendere. vel ad lationis, quod in gratiam Domitiani; metu ve, quod timore Reguli, contra mei anir ſententiam de eo ſuſtinuiſſem male ſentir Debet autem hic notari, delatorum execr bile artificium, per ambiguitatem quæſti num incautiores inducendi in ejusmodi r ſponſa, quibus aut in famæ, aut in vitæ pe culum prolabantur.

Reſpondebo) Ars ſingularis ſubterfugie dæ reſponſionis ad inſidioſam quæſtioner per illius dilationem ex peculiari cauſſa. U hic, reſpondebo, ſi cauſſa ejus debito cogn ſcetur tempore ac loco. Reſpondebo, ſi ca ſa ejus poterit in integrum reſtitui. De dar nato non reſpondebo.

At ego) Ars alia, qua periculum reſpo ſionis vertitur in interrogantem. Vis r reſpondere ad id, quod interrogare nef eſt. Nempe qui interrogat, videtur dubit re. Qui autem dubitat de ſententia Prin pis, tacite inſimulat eam iniquitatis.

apprehendit) præhendit, prenſat, mc ſerio ac enixe rogantis.

videas Plinium) viſites, convenias eum

Liviæ. Cum) Diſtinctio in omnibus viti ſa. Locus totus ſic legendus: *Coimus in por eum Liviæ, cum alter ad alterum tenderem.*

E

Exponit Reguli mandata. Sententia eſt, Spu-
innam tendiſſe ad Plinium, hunc vicever-
a ad Spurinnam. dum ſic uterque in via eſt,
ccurrunt ſibi mutuo in porticu Liviæ.
)ecepit editores illud *in porticum*, quod non
ntelligebant hic eſſe idem ac *in porticu*. Sed
x illud *cum* hoc loco idem eſt, ac *dum*, vel
mpliciter, cum eſſemus in eo occupati, ut
enderemus, *coimus*. Sic enim mallem, pro
oivimus.

Satrius Rufus, cui eſt) Caſaubonus vult,
r cui eſt, nempe ut ad Plinium tacite refera-
ır. Probo; ita namque exigunt ſequentia:
t enim mihi cum Cicerone æmulatio, quę oſten-
unt, Plinium de ſe intellexiſſe dicta.

palleat ſemper) vexatus à mala conſcien-
a.

exuli) ſignificanter, id eſt ei, qui ob hoc
ſum commiſerationem & auxilium mere-
atur, non majus nocumentum. Sed nimi-
um tale horum eſt ingenium, ut nullius
uantacunque calamitate ſatietur. Id quod
ıpra quoque monui.

factioſus) Non *diſcordiarum fautor*, ut ex-
onit Catanæus, ſed is, qui facile in partes
ias trahit alios, qui multos habet ſectato-
:s, qui à multis ſuſpicitur: Plautus Aulul.
. ſ. 2. v. 49. *Venit hoc mihi Megadore, in
entem, te eſſe hominem divitem, factioſum*,
oc eſt, talem, qui facile quidvis efficiat
pud alios, habeatque eos junctos ſibi & ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſequentes. Factioſus enim proprie, qui f
cile quid efficere poteſt. Itaque inertib
opponuntur apud eundem Plautum in Ba
chid. III ſ. 6. v. 13. *falſi falſimoniis, lingua f.
ctioſi, inertes opera.* Non ſatis convenient
Turnebus *dites dapſilium dictorum* explic
quia *factioſi* veteribus *opulenti*. Nam cont
diſtinguuntur ab opulentis, ut videmus
loco Aululariæ, & noſtro Pliniano. Facti
ergo lingua, qui lingua tenus faciunt pl
rimum, at cum præſtanda ipſa opera, tu
vero ſunt inertes.

hac concuſſa) ille timor Reguli, illa m
torum cura, & ſectandi ejus ſtudium.

Ep. VII. *renutu*) Vocabulum pror
infrequens.

contra unum hominem) quem? quemc
que nationis Bæticæ. Hoc, inquit, poſſ
excuſare cæteris Bæticis, ſi contra unic
tantum me paterer fieri advocatum. Nu
cum contra omnes Bæticos totamque p
vinciam fieri debeo, nequeo id facere
va fide mea.

confirmaturum) rationibus firmis perſ
ſurum, recte me facere, quod detractem
eſſe illi contra totam Bæticam provincia

Ep. VIII. *vaces ſermoni*) Quærit Ca
næus, cur appellet ſermonem, quæ vide
fuiſſe oratio, idque ait factum, vel quod
bita eſſet ad præſentes, vel quod eſſet
miſſa, & finitima ſermoni quotidiano. V

rn

rum neutrum horum cauſſa eſt. Non illud, quia & oratio ad prȩſentes ſolet haberi. Non hoc, quia finitima ſermoni quotidiano non poſtulabat tantum curæ meditationisque, quantum ſe adhibuiſſe teſtatur noſter, cum eam componeret, neque tantum emendationis ſollicitæ, quantum exigit à Saturnino. Meminiſſe igitur Catanæus debuerat, quod paulo ante monuit de modeſtia Plinii, ſemper parce de ſe loqui. Ea enim vera cauſſa cur *ſermonem* maluerit vocare, quam *orationem*.

bibliothecam dedicaturus) Locus obſervatu dignus, qui docet curam circa inſtruendas bibliothecas iis etiam temporibus. Atque primum quidem impendiſſe operam, ut haberentur bibliothecæ in publico, neque Romæ modo, ſed & in municipiis, ſicut hic nominatur Bibliotheca à Plinio inſtructa Comi. deinde curam eam fuiſſe non modo principũ virorũ, ſed & privatos facultatibus pollentes hoc modo ſtuduiſſe utilitatem publico afferre. Poſtea bibliothecas illas publico traditas ſolenni quadam dedicatione. Poſtremo dedicationem iſtam eſſe factam oratione habita plerumque ab eo, qui dedicabat. cujus argumentum fuit muneris quædam commendatio, partim ab animo donantis, ea cupide agendi, quæ veræ libertati ſint convenientia; partim à ratione muneris, cujus ſit ſolida utilitas, & quæ ad plu-

rimos pertineat, duretque tempore longi ſimo.

fuerit preſſus demiſſusq;) Miror, Boxhornium putaſſe, *fuerat* hoc loco legendum, qu ſi reſpexerit ad orationem, ſicut eam habu ad municipes. Contra enim loquitur ea, prout debuit edi. Sententia hæc e etiamſi dedero operam, ut ne oratione ſtylo attollam argumentum & amplificen tamen glorioſior videbor:

preſſus) non eſt *in tenui figura*, quod put bat Catanæus, ſed argumento arctiſſime i hærens, eaque tantum perſequens, quæ eo maxime ſunt neceſſaria, nec omitti pc ſunt citra vitium. Opponiturque copioſ qui ſe diffundit, & ad ea etiam venit, qu non ſunt neceſſaria, modo faciant ad ampl ficationem materiæ, dignitatemque illi augeant & attollant.

lenocinetur) Catanæus, *blandiatur*, quc eſt nihili. *Lenocinari* hoc loco eſt *afferre gr tiam & favorem*, ut, ſit ſententia: Licet mo ſtrata neceſſitate poſſit fieri, ut hæc præd catio gratiæ ac favoris aliquid obtineat, qu alias, & ſi citra neceſſitatem inſtituitur, ſ let eſſe odioſa. Ita Auctor de Cauſ. Co Eloq. c. 6. *Ipſa ſollicitudo commendat eve tum, & lenocinatur voluptati.* Vid. infr. I ep. 19.

agendæ rei neceſſaria) Etiam hunc locu Catanæus male intellexit. Neceſſaria agen

d

-e rei ſunt, quæ ad rem agendam, ſicut oportet, neceſſario requiruntur. Quale quid i hoc exemplo fuit non commendare liberalitatem, quod putat Catanæus, id enim neceſſarium non fuit, ſed poſtquam fuit propoſitum, commendare ipſam per orationem, meditari commendationis capita; cogitare de ratione veræ liberalitatis, eadem memoria exicidant, conſignare ſtylo, & quæ alia ſunt hujus generis, ſine quibus ea oratio non potuit componi.

inducere) Catanæus, ***perſuadere per inductionem***, quali rhetores utuntur. Imo ***inducere munus*** ſimpliciter eſt ***dare, primum offerre***. Hæc ſcripſeram, cum me opportune monet Vir Cl. Dn. Johan. Columbus, Poeſos in hac univerſitate Profeſſor Regius, gener meus dilectiſſimus τὸ ***inducere*** videri ibi poſitum pro ***ornare, commendare***, quomodo ***arma inducta argento*** leguntur apud Juvinum. Puto veram eſſe hanc interpretationem. Nam & ***tectorium*** reperitur dici ***inductum***, & ***cruſta marmoris*** apud Senecam, Palladium, & alios. Etiam ***colores*** dicuntur ***induci*** quod in Graphice jam pridem novi pag. 63. Horatius in Arte

> *Humano capiti cervicem pictor equinam*
> *Iungere ſibi velit & varias inducere plumas,*

Barthius non intellexit, ſed exiſtimavit, medice locutum, quia & Medici dicuntur ***inducere***, ſi quando unguenta & id genus in-

ungunt. Contra Plinius potius hos reſpexe-rit præſenti loco, quoniam de medicis præ-cedit.

eos etiam) non tantum vulgus Comen-ſium, quod ex liberalitate noſtra tamen ca-pit utilitatem, quando parvuli ejus liber-per eam educantur; ſed alios quoscunqu-extra Comum, qui ex liberalitatis ejus no-ſtræ commendatione, ſcripto comprehenſa non alium habere poſſunt fructum, quam u-forte ad ſimilem honeſtam liberalitaten-concitentur.

Ep. IX. *pluribus cunctisq;*) Non eſt dubi-um, quin *junctisq;* ſit legendum.

neceſſaria) Barthius vult, *voces ſeria*, ſe-non perſuadet. Reſpicitur hoc vocabul-ad id, quod præcedit, *ratio videtur conſtar-* Nam conſtat ratio, cum intelligitur, ex ido-nea & certa cauſſa quid impenſum eſſe. Itaq-ut conſtet ratio actionis, non ſufficit, actio-nem eam eſſe ſeriam, ſed habere cauſſam, &-neceſſitate quadam eſſe ſuſceptam, quale-hoc loco videntur, quæ ex cauſa civiliur-officiorum, ad quæ ſibi mutuo præſtand-tenentur, qui in eadem civili vivunt ſoci-tate, ſunt ſuſcepta.

frigidis rebus abſumſeris)Boxhornius *abſum*-Et jam diu ante ipſum ita edidit Buchn-rus, & in ſuis membranis reperit Barthiu-Editiones veteres habuere, *abſum ipſi*. Suſp-

co

or, locum totum ita legendum: *frigidis rebus abſumſi? Ipſi quod evenit mihi.*

Ep. X. *At ego nunc*) Recte faciunt, qui legunt, *aut*; debet autem ei ſimplex comma præmitti, quia illud *multum*, quod præcedit, ut ad *addidit*, refertur, etiam ad *miror* referendum eſt, cum alias τὸ *magis* non habeat, quo pertineat.

nec caſtigat errantes) Si propoſitum reſpicias, nam alias ne emendare quidem poterat, niſi ut prius caſtigaret. Caſtigatio igitur non fuit ejus ſcopus. Hæc eſt ſententia.

& prudens) non eſt *ſuſpenſus* & *expectans*, quod vult Catanæus, ſed adhærens, qui non poteſt deſerere quem, qui ſine quo non poteſt eſſe æquo animo. Abſolute ita poni, hic notandum.

ſubnoto libellos,) ſubſcribo, ſcribo in calce libelli, quid cenſeam de re propoſita per libellum, paucis brevibusq; verbis. Vide Gutherium de Offic. Dom. Aug. lib. 1. c. 35.

Ep. XII. *utcunq;*) referendum eſt ad ſequens *magnum*. Eſt autem *utcunq; magnum*, quod non ſimpliciter magnum, ſed ſuo modo tale, quatenus eſſe magnum poteſt. Quo hic elegantem habet ſententiam, ſi attendatur illa infirmitas omnium ſolatiorum paganicorum contra mortem, de qua ſcriptores Chriſtiani ſæpiſſime.

pretia vivendi) *Pignora intelligit*, dicit Catanæus, quod eſt ineptum. Pignora dantur

pro re obtinenda. ſic pignora vitæ erun quibus obtinetur & ſervatur vita. Nil tal noſter vult hoc loco, ſed de pretiis vitæ lo quitur, quæ ipſi ſunt mercedes, præmia, fru ctus. Hoc vult, etiamſi tot amici, cognat liberi potuerint videri tanti, ut poſſet vide non exiguum percipere vitæ ſuæ commo dum, ſi eam in ipſorum utilitates protende ret tamen maluit ea carere.

habebat enim hoc moris) Mallem, *habeban* ut reſponderet τῦ *receſſerunt ſervi*, cum præ ſertim mox ſequatur & de uxore *digredieba tur*. Liquet enim, ſermonem eſſe non de Co rœlio, ſed his.

feciſſet, quod optabat) interfecto ſcilice Domitiano, ut ſupereſſet latroni.

perſeverantem) morbum ſcilicet. Qui quia mitigari non poterat, ſed manebat idem ideo plane quæſivit eum effugere, idque per conſtantiam temperantiæ, quam mox ine diam appellat.

Ep. XIII. *in ſtationibus ſedent*) Non ergo ſtabant tantum, licet à ſtando loca illa publi ca nomen accepiſſent ſuum, ac in eis ab ini tio fortaſſis tantum ſtaretur, ſed & frequen ter ſedebant, quod notandum.

ſimpliciter) ſine ulla diſſimulatione. Op ponitur enim τῦ *diſſimulanter*.

qui ſtudia, ut non ſimul & nos amet) Monet Gruterus in Palatinis legi, *quin nos amet, ut ſtudia non ſimulet*, Illud *ſimulet* etiam in aliis

occur-

occurrit. Quare puto, locum totum ita legendum : *Neq; enim eſt fere quisquam, qui nos amet, ut ſtudia non ſimul. Et his ex cauſis longius &c.* Sententia convenientiſſima. Vult oſtendere cauſas longæ moræ in urbe, officia videlicet amicis præſtanda, eaque, quæ non poterant brevi tempore expediri, fuiſſe namque auſcultationes recitationum. Poterat quis dicere, unde tot recitationes? Reſpondet, quia qui mei ſunt amici, illi ſimul ſunt litterati, alios amicos vix habeo. Et quia habeo amicos non paucos, eosque litteratos, hinc eorum multæ recitationes.

Ep. XIV. *percucurrit*) Catanæus, *ante ætatem adminiſtravit*, quod ignoro, unde collegerit. Nullum certe verbum ea de re in hac epiſtola, & quia pauculis annis minor Plinio dicitur, contrarium potius ſequetur. Itaque illud *percurrere* notat honores alium poſt alium oblatos ſine multo temporum intervallo, quod intercedebat alias inter honores aliorum.

quaſi præmium) ut poſſint voluptatem capere honeſtam, etiam ex decenti forma mariti, nec jungantur illi, cujus etiam aſpectu terreantur.

Ep. XV. *echinos*) qui ſunt de genere testaceorum, quæ gignuntur in mari. Miror Catanæum confudiſſe cum animali quadrupede.

Gaditana) Inepte *cantica & geſticulationes*

explicat Catanæus, cum ſit ſermo de edulii
Addit tamen, legere quoſdam *Gaditanos*,
ad *echinos* referatur. Verum libri omnes h
bent *Gaditana*. Et eſt hæc lectio veriſſim
Intelliguntur enim ſalſamenta. Oribaſi
lib. IV. Collect. *Laudatiſſima omnium, q*
nunc in uſu ſunt. Gaditana ſalſamenta, quæ nu
Sardæ nuncupantur. Nicoſtratus voc
Γαδειρικὰ ὑπογάστρια, quia fiebant ex tynn
rum abdominibus, quorum copia fuit fr
quentiſſima circa Gades.

Ep. XVI. *antiqua*) non opponuntur p
regrinis, quod vult Catanæus, ſed novis,
recenter effictis formatisque, qualia Græ
πεποιημένα, Ciceroni *facta*, nec temere uſi
panda, ut magiſtri teſtantur.

ſi retractentur) ſcilicet *impetu illo, & ſup*
vacua amputentur, inquit Catanæus. Sed n
aſſecutus eſt ſcriptoris mentem. Hoc vu
non placere tantum, quando ſemel audiu
tur, propter illum impetum, ſed & ſi audi
tur & legantur ſæpius. Sunt nimirum qu
dam grata, ſi prima vice audias, at ſi ſæpi
ut poſſis introſpicere ac examinare, perdu
gratiam, quia exterius tantum ſpeciem h
bent pulchritudinis, intus ſunt inania.

eſt ergo mecum) eſt apud me. Vide Ph
drum.

Ep. XX. *incomprehenſibilis*) qui non pot
comprehendi, capi, teneri, ſemperque
habet effugia.

na

nuda quaſi ſubſcriptio) Nam ſubſcriptio
roprie accuſatorum ſecundariorum, qui ſe
ngebant primario, nec ſemper in omni-
us accuſationis capitibus, ſed quibusdam,
lii his, alii illis: fiebatque in libello accuſa-
orio, per ſub notationem nominis cujusq;,
c ſignificationem delicti, cujus reum accu-
andum eſſe cenſeant ſuo quoque nomine,
um adjectione perbrevi cauſſarum atque
ationum.

tantum editas) ſcripto, non habitas per
onſuetam actionem.

in conſilio fui) Catanæus: *aſſumptus fui judex extra ordinem pro conſultatione rei dubiæ.* Nihil
ninus. In conſilio eſſe dicebantur proprie
olenniterque viri legum periti, qui adhibe-
antur à Prætore, ut de ipſorum ſententia
oſſet judicium ferri æquum ac conveni-
ns. Cic. IV. Ver. ubi Verrem incuſat ne-
lectæ hujus conſuetudinis. *Te tuo conſilio dimiſſo, viris primariis, qui in conſilio C. Sacerdotis, tibiq; eſſe ſolebant, remotis, de re judicata udicaſſe, teq; eum, quem C. Sacerdos adhibito onſilio, cauſa cognita abſolviſſet, eundem remoto conſilio cauſſa incognita condemnaſſe.*

in ipſis campis non fas) liquet hinc, per *campos* iſto & ſuperiori loco agros eſſe intelligendos. Virgilius I. Geor.

Exercete viri tauros, ſerite ordea campis.

Non corrupi te) Lectio non videtur idonea. Revera enim corrumpit, qui facit arte

qua-

quadam, ut judex tranſeat in ſuam ſenten-
tiam. At hoc facit Plinius, exigendo lon-
gam epiſtolam, ſi velit diſſentire. Neque
melius, quod habent alii, *num corrupi*, qui
idem dicitur per interrogationem. Malunt
alii, *nam corrupi*. Sed quia illud *nam* cauſale
eſt, non video, qui poſſit hic quadrare, cum
præcedat nihil, cujus cauſa debeat afferri.
Puto igitur ſcribendum: *Nunc corrupi te*, ut
ſit confeſſio jocoſa.

Ep. XXI. *melius auribus, quam oculis judi-
catur*) dum ex fama & teſtimonio aliorum
de ipſis colligitur, quod ſperandum metuen-
dumve ſit. Ad ſermonem ſervorum, quo
putat Catanæus, nihil hic reſpicitur.

Ep. XII. *ſuſcipere vel ponere*) Debent diſtin-
ctè ad ſuperiora referri, ut *ſuſcipere* intelli-
gatur de conſilio mortis, *ponere de* conſilio
vitæ.

confuſioni) perturbationi, verbum no-
vum.

Ep. XXIII. *& auxilium ferrem*) Conjun-
ctio hoc loco eſt delenda. Niſi putamus ſcri-
pſiſſe, *num & auxilium ferrem*?

ut perferatur) ut perſonam illam poſſit
ferre ac ſuſtinere, nec cogatur eam immu-
tare. quia illa immutatio pugnat cum ratio-
ne ſapientis, qui proſpicit futura, nec temere
quid ſuſcipit, cujus aliquando ipſum poſſit
pœnitere. vide Cic. de Offic. l. 1.

Ep. XXIV. *mala emptio*) nimis cara, cum
pre-

retium excedit plurimum bonitatem rei,
cut contra *bona emptio*, cum pretium eſt
ninus. Unde *bene emere*, qui vili pretio emit,
pud Senecam & alios.

AD LIBR. SECUNDUM.

p. I. R*Eſervatus. Annum*) Notat Grute-
rus, hæc in Palatinis jungi. Sed
unc putat, *anno tertio* fuiſſe ſcribendum.
redo ego, lectionem eſſe bonam, ſi poſt
ogeſimum ſcribatur comma. Nempe poteſt
lliptice intelligi *reſervatus annum*, pro *reſer-
atus ad annum*. Sane, *exceſſit annum*, pro *de-
unctus eſt, mortuus eſt illo anno*, non exiſtimo
robari poſſe, ac ſic neceſſario cum antece-
ente debere conjugi.

utrique eadem regio) Puto hic deeſſe quid-
iam. Nam *eſt mihi hæc regio*, pro *in hac re-
one natus ſum, eſt mihi patria hac regio*, non
uto inveniri apud quenquam probato-
um.

Ep. III. *Summa eſt facultas*) Mallem, *ſum-
a ei facultas*, niſi putes utrumque ſcriben-
um, *ſumma ei eſt facultas*. Sane *eſt*, quam *ei*
ctius aberit per ellipſin, ac intelligetur.

poſcit controverſias) Rectius, *ponit*. Si enim
ppoſcit, non potuit ab aliis, quam auditori-
us. At his mox permittitur electio. Ipſe
rgo *ponebat*, id eſt, *proponebat*.

proœmiatur) Verbum novum.

Ep. V. *intentionem ſcribentis*) Buchnerus
refert

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

refert ad intentionem Plinii, ***non minore ſ-*** ***ra legas***, ait, ***quam ſcripſi ipſe.*** Mallem ego e quocunque ſcribente accipere, ut inten ſcribentis ea ſit, quam adhibet, quisquis ſc- bit. Cujusque ſcribentis enim curam & i- tentionem, eſſe majorem, quam legen apertum eſt.

admoveris, interim iſtis) aliqui pro co- mate hic punctum ponunt. Sed abeſſe de omnis diſtinctio : cohærent enim, ***cum tuam admoveris iſtis.***

principia librorum) Ea intelligit, quæ ctores ſpeciminis loco offerre amicis aut ritioribus ſolebant, ut ex eis darent judi- um de toto opere, integroque libro. Ha exemplum apud Phædrum lib. IV. c. 7, notanter Phædrus ſubdit, ***quid tibi videtu***

Ep. XI. ***diſpoſitus***) Catanæus putat, ***vir diſpoſitum*** vocari, qui ſit aptus in coaptan ſingula locis ſuis. Ego putem eum inte gi, qui poſſit promptitudine ſingular dexteritate occurrere omnibus, quæ p ſunt objici, aut cauſſæ ipſius nocere.

probabatur ipſe : præterea) Diſtinctio h mihi prava videtur. Mallem ***ipſe*** conjung cum ***præterea***. Sententia eſt, ſtipulatum ſu mam à Martiano, ſed pro Priſco, cui h operam commodaverat; ipſum autem ſe accepiſſe ſummam aliam.

nomine unguentarii) tanquam ſi Mara- no unguentum vendidiſſet, inquit Ca- næ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

æus. Quæ explicatio ſine dubio eſt falſa. Quomodo enim hoc conveniet cum vita hominis compti & pumicati? An vendere nemo unguenta poteſt, niſi pumicatus? *Unguentarium* ergo dici puto pecuniam, quæ cui datur pro comparando ſibi unguento. quemadmodum & *calcearium* tali ſenſu legimus apud Suet. Veſp. c. 8. ubi de curſoribus claſſiariorum, *petebant conſtitui aliquid ſibi calcearii nomine.* Adde Torrentium ad hunc locum, ubi docet pariter *clavarium*, *ametlarium*, *vaſarium*, apud Tacitum, Ammianum, Ciceronem ipſum ita poſitum reperiri.

Ep. XII. *exectum & exemptum*) Faber mallet *exutum & exemtum*, quod Buchnerus probat. Verum quia codices diſſentiunt, contra unus eſt, qui habet *exactum* plane puto ſic fuiſſe ſcriptum. *Exactus* enim idem ac *expulſus.*

Ep. XIII. *dulce*) putat Catanæus, ad epigrammata referendum, quorum ſcriptor fuerit. Atqui ſequitur in eadem periodo *in cauſſis agendis.* dulce itaque intelligendum, quod opponitur aſpero, torvo, quale nonnullorum, cum ad diſceptationem veniunt.

nec tamen vincitur) Quid eſt hoc *vincitur*? An vinci debet, qui amatur? quæ autem iſta debet eſſe victoria, vel quarum rerum? Niſi accipias de amore, quo ſuperantur alicujus merita, non video, quid hæc velint

velint. Ut *vincitur* ſit idem ac, non amat: amplius, quam merita ejus admittant. Non excedit, non ſuperat aut vincit amor in merita. Quanquam ambigam, an ſe rectè habeat ſcriptura.

Ep. XIV. *ad declamandum*) Probo impenſe, quod ſuſpicatus eſt optimus Gronovius, *à declamando*.

excipiantur) ab auditoribus videlicet, edentibus clamores, dum laudant & approbant. Supra: *infiniti clamores commoventur*. Quæ hic Catanæus notat, pretii nullius ſunt.

ſola cymbala & tympana illis cantibus de ſunt) Quæ ſi adeſſent: Ideæ matris aut Cybeles ſacerdotum, gallorum, & eviratorum cantus poſſent videri. Hæc loci eſt ſententia. Nam inſtrumenta iſta ad Sacerdotes illas pertinent, quemadmodum & ululatus, de quo ſequitur. Videndus Apulejus, & quæ de Iſide ſcripſerunt.

Ep. XV. *nihil tamen aque gratum*) Illud *tamen* locum hic non habet, eſt enim adverſativum, cum potius requiratur cauſale. Suſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *nihil tam gratum eſt*. Poſtea irrepſiſſe vocabulum *aque* per gloſſam, qua quis illud *tam* expoſuerat. Inde factum eſſe *tam aque*. Quod cum alius ineptum videret, ſuſpicatus eſt, illud *tam* eſſe compendium τοῦ *tamen*.

Ep. XVI. *ne quod ego dediſſem, populus eripere*

aret) Sententia eſt, ne id, quod ego remi-
ſſem, irritos habendo codicillos, illos, id ſibi
indicaret populus, ac tanquã quod nullius
ſſet, juſtoque careret domino, dum per co-
icillos ablatum eſt hæredi, is, cui codicillis
atum, non vult accipere, invaderet.

liceat hæredi donare) mihi ſcilicet. Vult,
tiamſi accipiat, quod ſibi datum ſit per co-
icillos, poſſe tamen id donare hæredi, atq;
oc beneficio cum devincire ſibi.

quod in hæreditate ſubſedit) *Subſidere* dicun-
ur, quæ tendunt deorſum & ad inferiora,
ic *ſubſidere in hæreditate*, quæ per codicillos
endunt ad alios, infra conditionem hære-
um conſtitutos, neque manent ſuo loco
pud ipſos hæredes.

Ep XVII. *jumentis paulo graviis*) veteres
abuiſſe *junctis*, teſtatur Catanæus. Idem in
alat. reperiri ait Gruterus. Atq; ſic omnino
egendum eſt. *Juncta* notant vehiculũ ſive
urrum. Solet autem in arena iter eſſe dif-
cilius vehiculis, quia rotæ impediuntur ab
rena cedente altaque. Id ergo noſter vo-
uit, quod non intelligitur, ſi *jumentis* lega-
ur. *Juncta* pro vehiculo, & junctis ad id ju-
nentis uſurpari, docui pridem in de Re Ve-
iculari. lib. 1. c 12.

retractius) adverbialiter à *retracte*, nec
nim convenit alias *retractius amplum*.
Quod non obſervarunt editores Fori Ro-
nani, qui pro nomine venditarunt. Eſt au-

F tem

tem *retracte*, ſi quid retro actum, poſitum collocatum.

admittit orientem) Non video, quæ ſit r tio horum verborum, collata cum ſeque tibus, *occidentem altera retinet.* Poteſt ſa retinere etiam, qui admittit. An ſcripſit n ſter, *amittit*? Ut ſit ſententia, ſolem orie tem non ſatis longo tempore ibi durar contra quam fit in ſole occidente ad altera feneſtram.

in apſida curvatum) Hoc notandum. H buiſſe veteres cubicula figura non ſemp ex rectis lineis, ſed & curvis conſtante, ſp cie lunari. Videnturque id feciſſe ſtudio ut in eis ſolem haberant perpetuum, quod alteris fieri non poteſt.

ſed lectitandos) *Lectitare* eſt idem, ac fr quenter legere. Vult itaque copiam libr rum non fuiſſe magnam, ut qui paulo eſſ ſtudioſior, eundem librum ſæpius cogeret relegere.

tabulatus) Aſſentior iis, qui hic *tubulat* legunt.

modica cœnatio) Liquet hinc, cœnati nes à cubiculis fuiſſe diverſas magnitudi potiſſimum, & cubicula fuiſſe minora. Co nationes vero ampliſſimas, quoniam etia grande cubiculum vix æquare potuit cœn tionem modicam. Qua re puto & cœn tionem fuiſſe diſtinctam à triclinio. Sci pleroſque triclinium & cœnationem acc

pe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ere pro eodem. At noſter diſtinguere vi-
etur , quia ſupra triclinia memoraverat,
uemadmodum & Sidonius facit lib. ep. *Ex*
iclinio fit in dietam ſive cœnationem tranſitus.

dieta dua) veteres & Palatinus, *Zeta duæ*,
ecte, neque debet immutari. Vide Lam-
ridii Heliog. c. 30, & ibi Salmaſ. Et ſic in-
a legendum.

præterea cœnatio) Differt ergo zeta, & cœ-
atio. Sed quæ eſt differentia? quod hæc eſ-
t major, illa minor. quod colligitur quia
ic cœnatio una Zetis opponitur duabus.
on ſatis commode Voſſius in Etimolo.
eta ſignificat ædificium ac partem domus , quæ
ibiculum habeat ac cœnationem. Contra po-
us res ſeſe habuit, ut liquet.

vinea tenera) Hoc non aſſequor. Quomo-
o enim dici poteſt vinea *nudis pedibus mollis*
cedens? Nihil tale ſpectatur aut commen-
atur in vinea. Quare lego *via*, pro *vinea*.

Zotheca) Sirmondus explicat cubicula,
quibus privatis ſtudiis operam dabant,
ualia ſunt, quæ vulgo *Studia* aut *Cabineta*,
ed hæc nimis generalia, nec vocem expli-
ant. Puto Zothecam dictam, quod in ea
rvarentur ſigilla , picturæ, tabulæ, alia id
enus viſu rariora. Nam ut *Zographus* is di-
tur, qui pingit, qui res varias, animalia, ho-
ines exprimit coloribus , ita & *Zotheca*,
bi res ejusmodi, animalia, homines, ſive
cta, ſive ficta, ſive alio modo formata cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſtodiuntur. Qualia & ipſa hodie *Cabine*
dici conſueverunt.

In hanc ego dietam) Hic *dietam* vocat, quo
paulo ante dixit *cubiculum*. Id quod nota
dum. Docet enim, iſta promiſcue uſurpa

ſufficit etiam vicus) Peſſima diſtincti
quam tamen ſervant omnes. Scribendum
*Frugi quidem homini ſufficit. Etiam vicus, que
una villa diſcernit. In hoc* &c. Sententia e
Copiæ, quas præſtat Oſtienſis Colonia, po
ſunt ſufficere homini frugi. Præſtat tame
etiam vicus aliquas copias, inter quem v
cum & Laurentinum interjecta eſt uni
tantum villa. Hoc enim eſt *diſcernit*, vide
cet *ſecernit, diſcriminat*, à Laurentino nemp

Ep. XIX. *Oculi, manus præpediuntur*) in
pediuntur. & oculi quidem, quia intenti d
bent eſſe ſcripto : recitatio enim fiebat c
ſcripto, manus vero, quia librum ſeu ſcı
ptum coguntur tenere.

ineſſe repetundarum) Veteres & Palati
habent *eſſe*, quod haud dubie eſt rectur
Ordo: *colligendum fuit cum hac ipſa lege* (rep
tundarum) *tum aliis* (legibus) *eſſe nobis, qu
poſtularemus lege repetundarum.* Illud *eſſe n
bis*, eſt, *nos habere*. Catanæus aliena habet.

Ep. XX. *ingraveſcit*) ſic abſolute pon
notandum eſt. Niſi ſuſpicetur aliquis, fui
olim, *morbus ingraveſcit*. Poſt per compe
dium factum eſſe *mos*, quod *mox* pepererit

cum conſuleret) aruſpicem videlicet. H

t hoc non multum abſimile priori, ac iccir-
o notandum.

AD LIBRUM TERIUM.

p. I. *TEmpus exegerim*) eſt pro ſimplici *egerim*. Quomodo Phædrus *exigere vum in tenebris*.

induſtria ſera) Non ſunt aſſecuti neque Catanæus, nec Buchnerus mentem ſcripto-s. Duo diverſa notat in ſenibus, unum, ſi icipiant fieri induſtrii, alterum, ſi ambi-oſi. Induſtrios intelligit, curſitantes & ollicitos de rebus ſuis, facultatibus, opi-us, ut acquirant, conſervent, augeant. Hu-smodi induſtriam ait eſſe ſeram, ſi in ſene-ute demum ei datur opera. Nempe juve-um eſt labore ac induſtria parare, ſenum utem partis frui. Quod ſi ſenes facere inci-iunt, quod neglexerunt juvenes, ſera eſt la induſtria, cum priusquam poſſint quid cquirere, eis diſcedendum ſit è vita. Ambi-oſos intelligit ſollicitos de honoribus & nuneribus publicis. Hujusmodi ambitio-em dicit eſſe turpem, quoniam arguit vi-am priorem actam per ignaviam, cum vix naneat inhonorata, in qua virtus ſe con-piciendam præbuit, publicoque decus attu-t ac commodum.

comœdis) Catanæus explicat, *comœdia-um actoribus*. Ita ſequeretur, egiſſe comœ-iis in cœna. Quod ægre mihi perſuadetur,

præſertim apud hos frugaliores. Potius a
cipio de iis, qui comœdias legunt, aut rec
tant ex memoria. Unde ſupra: *Audiſſes c
mœdum vel lectorem vel lyriſten.* lib. I, ep. 15.
comœdia fuiſſet acta, debuiſſet potius dic
re *vidiſſes*, non *audiſſes*, nec *comœdum*, qu
unus ſolus agere comœdiam non potel
ſed *comœdos*. Nec aliud voluit Perſius, cu
jus verba ex Sat 1, Catanæus adducit. It
que recte Caſaubonus ibi: *Erat moris, ut in
miſſuum intervallis, aut remotis menſis aliqu
convivarum vel memoriter, vel de ſcripto p̃ño
alicujus poëtæ recitaret.* Quod ille commun
ter de poëtis notat, id hic ſeorſum eſt inte
ligendum de comicis, quod ipſe de conv
vis, id hic de peculiari aliquo ex familiar
bus ad hoc negotium adhibito. Aliter le
cum noſtri accepit & Pignorius, ſed eur
non attendo.

Ep. III. *pudor imprimis, caſtitas*) Ita d
ſtinguunt omnes. Sed puto, illud *imprim*
cum *caſtitatis* vocabulo jungendum. Notum
eſt, quam hæc ætas fuerit expoſita libidin
ſceleratorum, & conqueruntur viri grave
ſæpe ea de re. Igitur ante omnia putav
curandum, ne ſic corrumpatur. Vide Pe
tron. Sat. p. 316. edit. Bleavianæ, & Pha
drum noſtrum lib. III, c. 11. v. 23. & qua
mox ſubjiciuntur.

Ep. V. *non auſpicandi cauſſa* non inchoan
di cauſſa, ſolebant enim tum lucubratione

pr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

imum inchoare, ſed ut in hoc lucubran- ſtudio quotidie perſiſteret. Inchoabant alii, auſpicii cauſſa, ſed mox per ignavi- n omittebant. Catanæus minus recte hæc ponit.

ſtatim à nocte multa) lucubrare incipie- t tempeſtive, cum adhuc multa nox eſ- t. Pro *ſtatim* habent aliqui *æſtate*, quod vi- tur Catanæus non improbare. Atqui ſu- a dixerat, lucubrationes incœpiſſe à Vul- nalibus, quæ Catanæus ipſe agnoſcit inci- iſſe in menſem Auguſtum. At tunc non nplius æſtas, ſed initium autumni.

ab hora ſeptima) noctis, id eſt, ſtatim poſt octem mediam, quia nox diviſa fuit in ho- s duodecim, ut dies.

inſtantis & deſerentis) Somnus inſtabat ſtudenti, occupabatque, ut cogeretur onnivere, & dormitare, ſed ſtatim rur- ım deſerebat eum, ut poſſet in ſtudendo ergere.

ſeceſſu ſolum) Quid vult hic *ſeceſſu?* quo- odo cohærent ſequentia, num *ſeceſſu bali- ei* an *tempus balinei*? Si hoc, quod verum uto, quid faciemus illi *ſeceſſu*? Buchnerus didit, *in ſeceſſu*. Verum ſenſus eſt nullus. n enim in ſeceſſu tantum hoc fecit, non ero aliis temporibus? Legendum ergo: *Hic inter medios labores urbiisque fremitum ſe- eſſus. Solum balinei tempus ſtudiis eximebatur?* Dicit, non requiſiviſſe ſeceſſum ſtudiis ſuis,

 ſed

ſed potuiſſe eis operam dare etiam in medii laboribus, & tumultu urbano, haud ſecu ac ſi eſſet in ſeceſſu.

quid ſtudiis) Atqui jam ante, *recordant quantum legerit, quantum ſcripſerit*, quod e idem, ac, *quid ſtudiis impenderit laboris*. D bebat autem oppoſitum hoc loco dici, qui præcedit, *rurſus cum audis*, id nempe, quo priori eſt adverſum. Itaq; legendum, *quid i laboris*, illudque *iis* de officiis & amiciti principum accipiendum. Qui non intellexi illud *iis* explicavit de *ſtudiis*, Hinc gloſſa, per gloſſam textus depravatio.

Ep. VII. *vivacitas ipſa*) Non eſt *vivunt*, explicat Catanæus, aut *vita*, ſed amplius al quid. Ideo illud *ipſa* per emphaſin adjicitu Hoc vult, vitam tot hominum, etiamſi f longiſſima, diutius non durare.

Ep. IX. *miniſtriq; probari*) i. e. argumenti oſtendi Sed quid faciebat ad hanc demon ſtrationem, ſi Claſſicus factus eſſet nocens Annon & innocentis ſocii ac miniſtri eſſ poterant? Nec enim ſocii & miniſtri ſcele rum tantummodo, ſed & factorum lauda bilium, aut ſaltem extra repræhenſioner poſitorum dicuntur. Quare ſuſpicor prope modum, ſcripſiſſe noſtrum *reprobari*. Se quia mox iterum *miniſtros probaſſem*, nil mu tandum, obſervandum modo, quod miniſt vocē arctius, & malo tantum ſenſu accipiat

quod reprobari poſſe) Non video, quid hi

facia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſciat illud *reprobari.* Certe ſi quid, quod re-
probari poſſet, docuerant, id reprobari non
m confidere debebant , quam metuere.
uto igitur diſtincte vocabulis duobus ſcri-
endum, *quod re probari poſſe confiderent.* Sen-
ntia eſt, quæſiviſſe legatos, an quod do-
uerant ipſum de filia Claſſici , id confide-
nt re ipſa poſſe probari, eſſe ſcilicet ream
us criminis, cujus inſimulabatur, atque ita
ac interrogatione oſtendiſſe dubitatio-
em ſuam, eamque liberaſſe.

Ep. XI. *muſſantibus magnis quibuſdã & locu-
etibus amicis*) Cujus? Artemidori. Hi licet
agni amici, licet locupletes, in hac Arte-
idori difficultate muſſitabant tantùm, i. e.
lebant, non reſpondebant ejus petitioni,
t ſubminiſtrarent argentum. Catanæus
on eſt aſſecutus.

atq; ita hoc feci) Illud *ita* plane otioſum eſt,
eque habet, quo referatur Veteres omiſ-
o eo habent, *atq; hac feci,* quod non debet
ontemni, cum ſermo ſit non tantum de pe-
unia mutuo data, ſed & viſitatione. Pla-
e puto locum ſic legendum : *Atque iſta
ac feci.*

Ep. XIV. *fervens pavimentum*) Catanæus
xplicat, *peruſtum ſolum balinei.* Sed quid eſt
eruſtum ſolum? quomodo, aut cur *peruſtum*?
ermo eſt de hypocauſto balinei, quod ſub
avimento calefieri ſolebat, ergo pavimen-
um ejus, præſertim recens calefacti, fer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

vens. Noſter II. ep. 17. *Applicatum eſt c*
biculo hypocauſtum per exiguum, quod anguſ
feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit. a
effundit, aut retinet.

peractæ mortis) Non, tanquam ſi ve
mortuus eſſet, quod vult Catanæus, ſed ta
quam ipſi vere feciſſent, quod eſſet mo
tuus, id eſt, vere ipſum interfeciſſent.

Ep. XV. *reſtringantur*) Bene, non *refri*
gantur. Reſtringuntur autem aculei, cu
ſtringuntur retro, ſic ut obverſi nocer
nequeant. Quomodo erinaceorum acul
reſtricti non efficiunt. Fitque hoc non rar
delinimentis, quibus demulcetur genu
hoc, ut aculeos ponant. Quo noſter re
ſpicit.

Ep. XVIII. *nempe quam in Senatu quoque*
Illud *quam* Catanæus refert ad *ſedulitatem*
Verum ita ſequens *gravari* non habet, und
pendeat. Locus mea ſententia eſt vitioſus
legendumque, *nempe qua in Senatu quoque*
Ordo, qua (materiæ) ſolebamus gravari i
Senatu, ubi neceſſe erat perpeti, eanden
(materiam) audire qui velint, reperiuntur
Vitium ex eo natum, quia primo junctin
fuit ſcriptum, *quam Senatu*, deinde mutatun
in *quam*, quia ſequebatur *eandem*.

auſteris illis ſeveriſque) qualia ſatyra & an
tiqua comœdia, inquit Catanæus, quod no
intelligo. Suſpicor auſtera & ſevera vocar
orationes forenſes, eaſque opponere hui
lauda

ıudationi : optare autem,ut eloquentiæ
orenſi reſtituatur decus ſuum , quale fuit
emporibus Tullianis, nec tam ex genere
ıudationum, quam ex illo facundia æſti-
netur.

Ep XIX. *topiariorum*) Erant hi inter mi-
iſteria villarum, ſolebantque ornare her-
is ac fruticibus parietes ejus, columnas,
lia.Cic.III.ad Q Frat.ep.I.*Topiariū laudavi,*
ta omnia conveſtit hedera, qua baſia villa, qua
ntercolumnia ambulationis, ut deniq; illi pallia-
i topiariam facere videantur, & hederam ven-
lere. Palliatos intelligit, quos & ipſos hoc
pere expreſſit. Topiarii hujusmodi fit
nentio in antiqua inſcriptione, quam exhi-
et Pignorius in de ſervis p.m.244. Alii ſunt
opiarii, & alia topiaria, de qua dixi in meo
e Graphice, ſeu Pictura opuſculo.

peregrinatio interſita) Non aſſentior viro
ummo, qui legendum putabat *inter ſua.* Sa-
e apud Senecam ep. 90, quo loco putat le-
tionem iſtam comprobari, *peregrinari in-*
er ſua idem eſt, ac *peregrinari in ſuis.* itaque
præcedit, *rura dilatant in provinciarum ſpe-*
iem. At noſter vult contrarium, & poſ-
eſſiones ſive prædia non debere conjuncta
ſſe, vel cohærere, ſed diviſa ſpaciis, ne iis-
lem caſibus tempeſtatum ſint obnoxia.
Vult ergo intercedere per iſta media ſpacia
eregrinationem, quam hic vocat *interſi-*
am.

rels

reliqua colonorum) Inepta exponunt, *de-ta contracta à colonis*. Unde enim iſta debit & quid faciunt hoc loco ? *Reliqua colonoru* ponuntur pro *reliquis*, id eſt, qui ſuperſun qui plures ſunt, quam villa deſiderat. Ha reliqua dicit noſter minuiſſe, venditis pign ribus, id eſt, liberis cultorum ſive colon rum. Noluit Poſſeſſor hos alere, quia fam lia colonorum videbatur major, quam n ceſſe erat. Ideo vendidit. Sed mox dim nuto morte aliove caſu numero colon rum, factum, ut haberet nullos, quos ſubſt tueret. Ita venditone iſta vires colonoru exhauſtæ.

inſtruendi complures) Non audio viru doctum, qui emendat *eo pluris*. Nihil hic d pretio, ſed numero colonorum agitur, ex hauſto per imprudentem pignorum vend tionem, quem ait ſe implere per compedi tos non poſſe, quia nec ipſe tales habeat, ne reperiantur in villa.

Ep. XX. *apertisque ſuffragiis*) Quæ hi Catanæus notat, aliena ſunt. Agitur hic de ſuffragiis Senatorum in Senatu. Itaque ſe quitur mox : *Audiebat Senatus gravitate cen ſoria.*

AD LIBRUM QUARTUM.

Ep. II. *IN ſaluberrimo*) Plane junctim legendum *in ſaluberrimo*, & accipiendum de anni tempore, contra quam Catanæus fecit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

alterum ſonum) Ambigit Catanæus, an
e nuptiis lugentis , num ſenis debeat
itelligi. Sed palam eſt, vel ex præcedenti,
e nuptiis ſenis accipi debere. Nam imma-
iræ nuptiæ ſenis non poſſunt dici. Imma-
irum eſt , quod nec dum ad maturitatem
iam pervenit, quomodo nuptiæ ſenis non
oſſunt dici immaturæ. At nuptiæ lugentis,
uia per luctum tempus nondum erat ma-
irum faciendis nuptiis, ſed debebat longius
ifferri.

Ep. III. *in remiſſioribus*) Ita habent omnes.
go non dubito, quin ſcriptura vera ſit, *re-
iſſionibus.* Remiſſiones auctori noſtro cre-
errimæ ſunt vacationes à civilibus mune-
bus, otia, intermiſſiones.

Ep. VI. *ſed parum utilitatis*) Alii, *par vili-
s*, quod puto retinendum, & explicandum
e vilitate frumenti , qua par eſt frumento
randine excuſſo, quod ſive æſtu ſolis, ſive
uſſis aliis ſpicæ eſſent inanes , granaque
efacta uſum præberent nullum.

aliquid in hoc littore) Non dubio, quin no-
er ſcripſerit *aliquod*, & retulerit *ad prædium*.
am *aliquid para* non habet ſenſum , ſi ſic
mpliciter ponatur.

Ep. VII. *ſcripſit publice , ut eligeretur*) Su-
icor, diſtinctionem eſſe malam, & comma
oſt vocem *ſcripſit* collocandum.

ἐπάρας τὴν) Aſſentior Grutero, legendū;
ἐπάρας *ſcilicet, ut ait Demoſthenes.* Salſe au-
tem

tem hoc dictum, quod non aſſequuntur. P tierat Regulus, à vocaliſſimo legi. Quær igitur, num ipſe vel aliis hic voce ſua fuer uſus, ſed eo modo, ſicut Æſchines, non lugeret, ſed oſtenderet tacitum animi ga- dium ex malo, quod Regulo accidit per fi obitum. Ideo quoque ſubdit, orationem i lam riſum potius potuiſſe exprimere, qu legi debebat, quam gemitum.

Ep. IX. *qui fieri poteſt inquit*) ita omne Sed plane *inquis* legendum, non *inquit*. Ip namque ſibi proponit objectionem, qua formare Urſus poterat.

Ep. XI. *Arripit Licinianum*) Vox e probum illud *arripit*. Mallem *accivit*, v quod ſimile. *Libertas* Corneliæ ſignificat l centiam vulgandi corporis, qua uſam i agris Liciniani Domitianus credi volebat.

Ep XVIII. *Quemadmodum magis appro bare*) Cum illud *quemadmodum* ita junct ſcriptum vulgo uſurpetur pro *ſicuti*, maller hic diviſis vocibus ſcribere, *Quem ad mo dum*, ut ſententia eſſet evidentior.

æmulari) Catanæus exponit *traducere* Verum plus eſt *æmulari*, quia qui æmulatur non modo reddit ſententiam, ſed ingenium vim, & virtutem cæteram orationis ſtude æquare.

& quæ ſunt Latina) Mallem illud *&*, pa rum aptum loco huic, delere, natum quip pe ex poſtremis litteris vocis præcedenti

vide

idetur. Atque ita edidiſſe nunc & Buch-erum animadverto.

Ep. XXII. *Sæpius à Dominatione*) Notat ruterus, libros veteres, hic præmittere *uo* vel *quod*, putatque cohærere cum ſupe-oribus, & ideo verba, ***non verebatur, non rubeſcebat, non miſerebatur***, includenda pa-entheſi. Mallem & ego retinere ***quod***, ſed onjungere cum his verbis, ut ſit ſententia, on verebatur, non erubeſcebat, ob hanc auſſam, quod ſe ſciret Principis Domitiani a exequi mandata, quod intelligeret, ſe à)omitiano uſurpari loco teli cæci.

Ep. XXVI. *Quo te vertas?*) Mallem gnum interrogationis hic, & poſt ſequen-ta delere: aut ſcribere: *Quo te vertas? quæ emedia conquiras? ubi, quæ vitia, remediis for-iora.*

Ep. XXX. *quum repletum, moratur*) Su-picor, ſcripſiſſe noſtrum, ***quum repletur.*** Vult, repleri per vices, ac exinaniri. Cum xinanitur, fontem augere: cum repletur, ugmentum illud fontis decreſcere, nulla uccedente aqua, quam accipiebat ante ex xinanitione libramenti. Libramentum ec menſuram puto eſſe, cum Catanæo, ec perpendiculum, cum Turnebo, ſed in-trumentum hauriendæ aquæ, cujus cum pars una deſcendit, altera erigitur, effigie itteræ T, ut vulgo in puteis agreſtium vi-demus. Quod appellat ***libramentum***, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

certo pondere ab una parte preſſum ſurg
ab altera, libræ vel bilancis inſtar, ad qua
fortaſſe reſpicitur.

AD LIBRUM QUINTUM.

Ep. III. *Iudicium ab humanitate*) Hoc e
ab homine, inquit Catanæus. V-
rum in his nulla oppoſitio. Humanitas not
benevolentiam, favorem, animi propenſi-
nem, quæ judicium corrumpit, quod deb
eſſe ſine omni perturbatione. Seorſum a-
tem in recitationibus humanitas appellab-
tur illa judicii moderatio, ut alio loco dixi.

Ep. IV. *nam pleraque tacita tantum ex m-
nimo commota*) Quænam hic illa *tacita*? Na
factum Nominati quidem adeo non fuit t-
citum, ut & publice accuſaretur. Veter
habent pro *ex minimo, & omnino*. Lege-
dum arbitror, *nam pleraque tacta tantum*,
omnino commota. Illud *ex minimo* receptu
eſt in textum ex gloſſa, qua quis illud *omni*
expoſuerat, tanquam notius & uſitatiu
Nam *omnino* hic eſt *leviter*. Ita ipſe Cicer
*Mihi perdifficile non modo tantam cauſam pe
orare, ſed omnino verbum facere conari*. H
omnino, eſt *leviter, ſolummodo, tantum*.

Ep. VI. *Cœlum eſt hyeme frigidum & ge
dum*) Non poſſum hic ferre duo vocabu
idem ſignificantia, ſine notabili ſynonimi
cauſſa. Dicunt *gelidum* plus eſſe, quam *frig
dum*. Si hoc voluiſſet, ſcribere debuerat, *fr-*

gidum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

idum, imo gelidum. Ego ſuſpicor ſcripſiſſe,
elum eſt hyeme gelidum. Poſt adjectam eſſe
loſſam, *eſt frigidum*, vel potius *frigidum eſt.*
um quia *eſt* præceſſerat, factum *frigi-*
um eſt.

ſed formam aliquam) Hoc eſt ideam, exem-
lar, à pictore aliquo ſeu artifice confictum
genioſe. Solebant enim *formas* appellare
la exemplaria, ad quæ pictorum diſcipuli
exercebant.

Campi deinde, porro multaque alia prata)
)eſtinatio eſt vitioſa. Lego: *Campi deinde*
rro, multaque. Cohærent quippe, *deinde*
rro, ſicut apud Ciceronem alioſque, *deinde*
ſtea,

abſorbetur & tollitur, E regione) Puto, &
unc locum male diſtingui, certe *ſtibadii, ſti-*
adio in eodem commate repetitum, inde-
ens eſt. Nec ſententia præcedens ſatis ple-
a. Scribo: *junctisque hiatibus & abſorbetur,*
& tollitur è regione ſtibadii adverſum cubicu-
um. Tantum ſtibadio &c.

Ep. VIII. *Nam prætii, quid*) Gruterus
utat, illud *nam* delendum, mox ſcriben-
um, *Prætereo.* Buchnerus addit, *cum ſi*
Veenhuſius male edidit *cura ſi*, nam vitio
Typographi ſic legitur apud Buchnerum,
quod quilibet intelligit) pro *tum ſi* ſcriben-
dum. Mihi aliter eſt viſum, puto namque
Plinium ſic ſcripſiſſe: *Nam præter id, quod in*
antis vitiis hominum plura culpanda ſunt, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

*laudanda, tum ſi laudaveris, parcus, ſi culpa*ē, *nimius fuiſſe diceris* &c.

Ep. XIV. *quam proxime paſſurus. Erat ſ*e *verum*) Lego hic: *quam proxime paſſu*s (*Erat ſane, verum tamen à paucis acclamatu*) *Et inde ſubjunxit.* Explicatio Gronovii ſt optima.

Ep. XIX. *in qua plurimum facit*) Mallm ego, *in quo*, quia illud *qua* durius non nil ad longe præcedens vocabulum *ars* refei videtur.

Ep. XXI. *qui legibus quærit*) Illud *quæ* mihi admodum ſuſpectum eſt hoc loco. quidem non neſcio, τὸ *quærere* Prætorum ſe: quid vero hic velit *legibus quærit*, at quid faciat hoc loco, nõ diſpicio. Et puto c hærere iſta, *qui legibus quærit*, *propoſuerat b ve edictum*: Propoſuerat, ait, edictum le bus, ſecundum quas dicturus jus erat. S quæ illæ leges? hoc vero continetur vo corrupta *quærit*, pro qua quid debeat ſubſ tui, haud equidem nunc invenio. Niſi qu putet *legibus Quiritium*. Quod tamen id diſplicet, quia peculiares fuiſſe leges, qu bus vetebantur væniri advocationes, epiſtola ſuperiori 14. hujus libri novimus.

noviſſimas pactiones) Illud *noviſſimas* hau dubie eſt vitioſum. Legerem *notiſſimas*, ſe quia in Aldina eſt *fœdiſſimas*, quod gloſſa eſſe verbi veri puto, itaque neſcio, an no ſcripſerit, *notatiſſimas*, id eſt, maxime repr henſa

enſas, & notatas Puto etiam poſt *legit* punctum collocandum, & vocem *repriмit* a capite ſcribendam literâ majuſculâ.

AD LIBRUM SEXTUM,

p. I. M*Ulto magis*) Hoc non reſpondet præcedenti *minus*. Illud *multo* nim comparationem habet, quæ non eſt in iperioribus. Suſpicor itaque, in voce *ulto* latere vocabulum, quod nunc non ccurrit.

ex quo) Ita Mſ. Aldus, *ſeu quod*, & proant Gruterus atque Buchnerus. Mihi non ſt dubium: quin vera lectio ſit, *eo quod*.

Ep. II. *animi ſuperſtitione*) Caſaubonus ıalebat, *anili*, quod placet Grutero, nec diſlicet Buchnero. Sed ne ſic quidem locus iteger videtur. Certe quod ſequitur, *à agno honore ſtudiorum veniebat*, non habet in ræcedentibus, quo referatur. Nam illud, *uod ſemper aruſpices conſulebat*, cohæret cum iperiori, *quamvis non poteſt dediſcere illud ſum*, plane ſicut cætera. Puto itaque coriptum locum, & primo poſt *transferebat* ribendum punctum, mox novam faciendam periodum, & ſic ponendum: *At, quod mper aruſpices conſulebat, de actionis eventu, à imia ſuperſtitione, ſed tamen* &c. Illud *At* bſumpſit ſyllaba præcedens, *animi* autem ıctum eſt per connexionem litterarum; uæ debebant eſſe diviſæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

amore communium) Notat Caſaubonu, in quibuſdam libris legi *comuni*, putatq; ſcribendum: *Nam tu quoque in more commu* *ſoles*. Suſpicor & hic conjuncta, quæ deb. bant dividi, legendumque: *Nam tu quoq; à more communi*. Eſt autem *à more* poſitu plene, pro *more*, ſicut Cicero, ſeu Balbus p- tius ad Ciceronem in epiſtolis, *illud ſcio*, *u* *ab ſingulari amore benevolentiaque, quacunq; ſcribo, tibi ſcribere*.

Ep. VII. *in veſtigio meo*) Explicat Buc- nerus eam lecti partem, in qua ipſe recu- bere ſolebat. Sed *veſtigium* ita ſimplicit hoc voluiſſe appellare, contra omnem ali- rum conſuetudinem, haud videtur. Itaq; aut corruptum eſt vocabulum, aut aliqu hic deſideratur, quod nunc non excogit. Deliberent alii.

Ep. VIII. *ſed non tanquam pro mea, hoc e* *gravius*) Non placet hæc diſtinctio. Scril totum locum ita: *Verum ut ferat ille, ego m- um damnum, meam contumeliam vindicabo, ſ non tanquam pro mea. Hoc eſt, gravius iraſce* Sententia: licet ille ſuam velit ferre cont- meliam, tamen ego non feram meam, qu mihi per ipſius contumeliam affertur. Et f ram non tanquam mea eſſet, aut mihi ill ta, ſed ipſi. Hoc eſt, feram gravius, quia amicorum injuria vindicanda eſſe acrior ſ leo & durior, quam in mea.

dabis autem, ſi hoc) Locus corruptus. qu

eni

nim refertur illlud *quam*, quod ſequitur, *nam illud*. Scribo: *dabis autem hoc, ſi hoc perde cura*. Sciolis illud *hoc* videbatur bis poſitum ſine cauſſa, itaque prius deleverunt.

Ep. XII. *cum ſic exegeris mecum*) Catanæus explicat per *debitum petieris*. At ipſe noster reddit paulo poſt per *convitium facere*. Itaq; *exigere* hic erit *expoſtulare*, ut ſicut alias *expoſtulare cum aliquo*, ita hic *exigere cum aliquo* dicatur.

Ep. XVI. *nam villa ea ſubiacebat*) Quæ illa? de nulla enim præceſſerat. Nam Plinii quidem Miſeni erat, & inde diſceſſerat liburnica. Veteres: *navicula ejus*, alat. *nam villa ejus*. Puto, veram ſcripturam: *Navis illa ejus ſubjacebat*. Quia præceſſit, *imminenti periculo*, ideo ait, *ſubjacebat navis*, puta liburnica, periculo illi.

non Retinæ modo, ſed multis) Nulla eſt inter hæc oppoſitio. Debebat ſaltem ſcribere, *non Retinæ modo, ſed & alibi multis*. Itaque aut hic deeſt quidpiam, aut in illo *multis* latet loci alicujus vocabulum, quod quale debeat eſſe, non facile quis dixerit.

quo propius accederet) quis? Puto ſcribendum, *accederent*, ut referatur ad præcedens *navibus*.

Ep. XX. *id enim ingreſſus littus abruperam*) Alii: *id enim littus ingreſſus abruperam*. Alii τὸ *littus* omittunt. Suſpicior, ſcripſiſſe Plinium; *Id enim ingreſſus, litteras abruperam*,

ram, vel; *id enim ingreſſus litteris, abruperam* quomodo *ingredi ſermone quid* reperitur.

Ep. XXIX. *quo tamen in numero*) Caſau bonus legit: *quæ tertio in numero*: me invit Sic enim ſequeretur, omnes à Senatu juſſ pertinuiſſe ad exemplum, quod Plinius no vult, ſed quasdam tantum, & nominati eas, quas ſubjicit. Hoc ergo dicit Pliniu non tantum triplices illa cauſſas, quas vol bat Thraſea, obſervaſſe, ſed & quartũ gen pertinens ad gloriam, & quintum pertine ad neceſſitatem, cum à Senatu hoc ipſi i jungeretur. Quanquam in hoc quinto ge nere eſſent cauſſæ quædam pertinentes a illam Thraſeæ diviſionem, quoniam ſpecta bant ad exemplum.

AD LIBR. SEPTIMUM.

Epiſt. IX. *QUid tu, quid ille commodius* Quis ille? præcedit enim tan tum de lectis. Itaque non poſſum dubitar quin ſit emendandum, *illa*. Atque ita ſtatir poſt: *ſi cuncta illa melius*.

Ep. X. *cum prima cognovi*) Illud *cogno* admodum ſuſpectum eſt. Mallem ſcriber *cognoris*.

Ep. XVII. *quæ dixeris, etiamſi eadem*) It omnes. Sed illud *etiamſi* non habet, cui re ſpondeat, nam verba, *ſi vero multa* &c. nih faciunt ad id. Quare ita locus totus eſt le gendus: *Supervacuum tamen eſt, recitare, qu dixe*

...ceris etiam, ſi eadem omnia, ſi iisdem omnibus, ſtatim recites : ſi vero multa inſeras. Senſus certiſſimus: Supervacuum eſt recitare non ea modo, ſed ea etiam, quæ dixeris, ſi eadem omnia recites.

Ep. XX. *qui uni ut utrique noſtrum præferentur*) Non eſt dubium, quin hæc vitio laborent. Alii aliter: ego ſuſpicor legendum, *qui unum utrinque noſtrum præferant. Sed nihil* &c. Unum noſtrum præferunt utrinque, id eſt, jam ab hac, jam ab illa parte, ſicut modo tua pars prævaleat, modo mea.

quia tu proximus) Non puto aliquid hic mutandum. Certe, quando legitur, *quia tibi proximus*, nunquá primus intelligitur. Erant autem, qui nunc Plinium, nunc Tacitum facerent priorem. Qui Plinium, faciebant ei proximum Tacitum, & hoc eſt, *quia tu proximus*. Sed nec ſequentia permittunt, locum aliter legi, propter oppoſitionem. Nam alias in his, *quia tibi proximus, & ego proximus*, oppoſitio eſt nulla, ſed eadem potius dicuntur.

Ep. XXIII. *rogo, ut tibi contra*) Alii habent, *ne tibi*, quod ipſa exigit ratio. Puto tamen, Plinium junxiſſe: *ut ne tibi contra*.

Ep. XXIX. *quæ interdum in hoc cœnum, in hos ſordes abjicerentur*) Putat Buchnerus, ſermonem eſſe de Pallante. Mihi non de ipſo ſolo, ſed & aliis ejusmodi libertis ſub malis principibus accipiendus locus videtur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

AD LIBRUM OCTAVUM.

Ep.IV. C*Onſilia dictaturus es*) Caſaubonus vult, *dicturus*. Ego arbitror ſcripſiſſe noſtrum *dictiturus*. Senſus, cujus conſilia frequenter es expoſiturus atq; narraturus, hoc enim *dictitare*.

Ep. VIII. *ut illa quæ properat, ipſe tanquam*) Diſtinctio ſine dubio vitioſa. Locus totus ita eſt interpungendus: *ut illa, quæ properat ipſe, tanquam per ſolum planum, remis non adjuvetur.*

Ep. IX. *nihil agere, nihil eſſe*) Hoc valde ſuſpectum eſt. Quid enim ſignificat hoc loco, *nihil eſſe*? An legendum, *nihil noſſe*?

Ep. XV. *delebimus*) quia ſcabræ bibulæque chartæ illæ non accipient litteras diſtincte, ſed confundent omnes, facientque ſimiles deletis. Ita enim fit in charta male glutinata & bibula, quod notum eſt. Quæ hoc loco Catanæus affert pro *debebimus*, pretii ſunt nullius, quemadmodum nec ea, quibus τὸ *delebimus* exponit.

Ep. XXIII. *ipſi ſibi exempla ſunt*) Non rejicio hanc lectionem, mallem tamen ſcribere, *exemplo ſunt*.

eram, cum ſcriberem) Caſaubonus corrigit: *In tantis tormentis eram, cum hæc ſcriberẽ, ut hæc ſcriberem ſola*. Ego propius ad ſcripturam veterem, ſic mallem: *In tantis tormentis eram, ut, cum ſcriberem hæc, ſcriberem ſola.* Neque potuit

otuit facilius, quá illud *ut*, ob præcedens *in*, uod pariter tribus conſtat lineolis, deleri.

Ep. XXIV. *nomina deorum*) Mihi quoue hæc ſuſpecta ſunt; ſcribo, & diſtinguo: *Nomine deorum reverere gloriam veterem.* Vult, debere omnia apud Athenienſes ſacra divina putare. Primum deos conditoes, deinde gloriam veterem, tertio ipſam nectutem. Ideo & de hac addit, *in urbibus cra eſt.* Itaque *nomine deorum revereri*, eſt, ice deorum, pro diis, tanquam deos reereri.

AD LIBRUM NONUM.

p. VII. *OB ea, quæ ſuperſunt*) Illud *ob ea*, non intelligo. Si enim ob ea, uomodo poteſt præcedere: *Hæ mihi cauſſæ?* Quæ adſtruuntur propter ea, quę ſuperſunt, on adſtruuntur propter cauſas alias. Quae ſuſpicor, ſcripſiſſe noſtrum *ad ea.*

Ep. XIII. *Poſtea actionem meam*) Libri uidam habent *acceſſionem*, quod eſt nihili. Præbet tamen occaſionem ſuſpicandi, quaſi criptum fuerit ab initio non *actionem*, veum *accuſationem.*

Ep. XIV. *multos è tenebris & ſilentio protrait*) Catanæus explicat, *multi per illas immorales facti ſunt.* Velim ſcire, quomodo; ſi in ucem famamque non provecti fuerunt, quippe quod paucis tantum ait contigiſſe. gitur non hæc ſententia, ſed proferre ali-

quem è tenebris & ſilentio , ſignificat ho
loco, animare aliquem, ut non poſſit diu
tius ſilere, & manere in tenebris, verum ſtu
deat & ipſe prodire in lucem, & ingeniu
ſuum publicare, licet pauci tantum conſe
quantur publicatione iſta, ut famam ſolidar
& durabilem habeant.

Ep XIX. *quem tu reprahendis mirarisque*
Ita quidam. Alii illud *mirarisq;* delent, &
abeſſe poteſt ſalva ſententia. Quia tame
veteres agnoſcunt, quod ex Catanęi explica
tione patet, ita ſuſpicor ſcripſiſſe noſtrum
*miratus ſum magis, quem tu reprahendis, mira
tus inquam, atque ita miratus.*

Ep.XXI. *tibi non idem*) Quid vult illu
idem? annon ſuffecerat, *tibi non*? Puto legen
dum, *tibi non item*, ut illud *item* cum empha
dicatur, pro *etiam*.

Ep.XXIII. *Et ille, Plinius eſt, inquit*) Qui
ille? municeps Rufini. At qui dicere ho
poterat, qui ea die primum venerat in ur
bem, nec ante Plinium viderat? Debet er
go interrogative ſcribi: *Et ille Plinius eſt? in
quit.* Sententia, cum dixiſſet Rufinus mul
ta de ſtudiis & litteris, municipem conjectu
ra adductum, quod nemo alius tantoper
laudari poſſet, quæſiviſſe, numne Pliniu
eſſet. Abeſt autem *ne* interrogativum hic
ut ſupra *Italicus es*?

AD

AD LIBRUM DECIMUM.

Ep.XI. XXVII. ROgo ergo, ut ipſi apud te) Non ſatis hæc videntur integra. quomodo enim cohærent, *ut ipſi precibus meis*? An ſcripſit, *ut ipſi, ac apud te pro dignitate ejus precibus meis?*

cui & ſi quid credis) Locus hic videtur admodum corruptus. Nam illud & non habet relativum, quod ei, neceſſario debet reſpondere; deinde illa *dabis*, *dabit* non ſatis commode junguntur. Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum, *cui & ſi quid credes indulgentia tua, dabit ipſe operam*. Illud *dabit* male repetitum, & poſt formatum in *dabis* peperit omnes turbas.

Ep. XIX. LXXXVIII. *conſilio inſtrueret*) Catanæus explicat, *conſilio ſuo exornaret*, vel *doceret modum formamq; ordinandæ provinciæ*, quorum neutrum convenit cum eo, quod ſequitur apud noſtrum, *otii & ſenectutis rationibus poſtpoſitis fecit*, cum conſilium dare nec otio, nec ſenectuti repugnet. Quare cenſeo, petiiſſe ut cum ſequeretur in provinciam, ſibique jus dicenti aſſideret, ac conſilio juvaret ſuo.

Ep. XXIX. XIX. *ſufficienter habeo*) Vix poſſum dubitare, quin ſcriptura vera fuerit, *ſufficientes*, ſcil. menſores.

Ep. XXXV, XXV, *aut intribuant*) mal-

lem,

lem, *intribuatur*, propter ſequens, *fiat*. Si quid eſt, *minus illis fiat ad neceſſarias erogationes*, an, ut minus habeant, quod poſſint erogare, an *fiat illis*, eſt fiat *ab illis*? Locus mihi valde ſuſpectus eſt.

Ep. XXXVI. XXVI. *Ex his interim, ſicut inveneram*) Locus mutilus videtur, nam enim τὸ *relinquendos*, quod ſequitur, habet, cui reſpondeat. Sed & in ſequenti epiſtola, quæ huic reſpondet, nominatim memorantur duo, & quidem cum nota relationis ad hunc locum: *Sufficient ILLI duo à te acti.* Quare puto notam numeralem excidiſſe, ſcribendumque eſſe: *Ex his interim*, *ſicut inveneram.*

Ep. XXXIX. XXXI. *quo primum probati ſunt*) Hoc *probati* non intelligo. Quæ enim hæc *probatio*? & ſi probati, cur denuo ſubjiciuntur examini? Suſpicor, locum totum ita emendandum: *Illa enim dies, quo primum prolati ſunt, veritatem ab his originis ſuæ exegit.* Hoc eſt, debebant ſtatim ab illo die, quo primum fuerunt producti, ut referentur inter milites, veritatem originis ſuæ profiteri.

Ep. XCIX. *curantibus nobis, ne deſit*) Post *nobis*, puto colon eſſe ſcribendum, nam alias illud *quoque*, quod ſequitur, non bene cohæret cum præcedentibus.

Ep. CXVII. *concedendum juſſi invitationi* Alii editiones habent, *concedendum juſſi invitatio*

tiones, neutrum recte, ſi quid video. Ve-
m enim ſcripturam puto, *concedendum jus*
vitationis.

Ep. CXIX. *ego contra ſcribo Helaſticorum*
mine) Hoc pravum eſt. Nam ſi nomine
ſorum, quod ita ſcribit *contra*? Puto lectio-
em veram eſſe, *ego cuncta ſcribo*. In libris pri-
is fuit *concta*, ex quo fecere *contra*. Cæte-
m ſi vera iſta emendatio, ſtatim poſt le-
endum, ſicut ſeſe reperiſſe in quibusdam
atanæus ait, *ita tamen, ut vehementer*, &
unt integerrima.

JOANNIS SCHEFFERI
ARGENTORATENSIS

In

Q. CURTIUM
NOTÆ.

AD LIBRUM TERTIUM.

.I. S*Exaginta dierum inducias pacti intra eos auxilium Darius ipſis miſiſſet, dederent urbem*) Quomodo *urbem*, uæ jam erat occupata? Ideo Sebiſius ma-
bat *arcem*, quod nec Freinshemio diſpli-
et. Mihi potius videtur illud *urbem* delen-
dum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

dum, ut natum ex ſtulti hominis gloſſa, qi non videbat, illud *dederent*, præcedens *.. cem* reſpicere.

notabile erat vinculum adſtrictum) Frein- hemius edidit *jugum*, pro *vinculum*. Et h- bent libri Mſſ. alii *jugum*, alii *vinculum*. C- jus rei puto eſſe cauſſam, quod utrumq: poſuerat Curtius, Exſcriptores alterum p- tarunt eſſe otioſum, & iccirco rejecere. Sc- bo, & diſtinguo ita locum totum: *Notab- erat jugi vinculum, adſtrictum compluri- nodis.*

C. II. *Orto Sole*) mallet Freinshemius *ab or- ſole*. Mihi nil videtur mutandum, qu- Curtius non reſpexit tempus à quo, ſed co- ſuetudinem Perſicam, de qua ſimiliter c. *traditum eſt, orto ſole demum procedere.* Ut ſententia, cum jam Sol eſſet ortus, agmir intravere vallum, id quod duravit usque a noctem.

levibusque ſcutis) Malunt *brevibusq;*, m invito, quia credo Curtium his voluiſſe ag- re de materia ſcutorum, & in ſequentibu demum de forma. Levia porro ſcuta deber intelligi, contexta ex viminibus, qualia o- ponuntur coriaceis armatisque ferro, long quippe gravioribus.

fulget armis) Freinshemius ſuſpicatu *gemmis*, quoniam in laude potius, quam vi- tuperio ſit, arma fulgere. Puto, diſtinctio- nem eſſe pravam, legendumque, *notet pur- pur-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ura, auroque fulget armis, & opulentia, ut non ulgor ſimplex, verum auri intelligatur, atue is in armis. Id quod non ſolebat comendari, verum repræhendi. Vide infr. c. o. ibique Freinshemium. Ordo: Exercius fulget auro armis, id eſt, in armis, ſive, uod aurum habebat in armis.

obſiſtere) Non eſt dubium, quin utatur oc loco vocabulis militaribus, in exercitiis pugna receptis. At inter ea non eſt *obſiſtere*, verum *adſiſtere*, ut ſcimus ex Mauritio oſtro, qui hic conſulendus.

diſcurerre in cornu) Illud *discurrere* hic potum eſt, ut *diſcedere*, *digredi*, & id genus, ſurpatumque de iis, qui ex media acie tranunt in cornu alterutrum, quod fit, quoties uxiliis eſt firmandum. Innuit autem & ceritate dexteritatem, qua Macedones polbant.

mutare pugnam) Non puto recte explicari per μεϛχηματίζειν, hoc enim fit, cum mutur acies, id eſt, figura illa, qua ordinatus xercitus conſiſtit. At hoc noſtrum pertiet non ad figuram, ſed conflictum. Pugnæ nnis quadruplex eſt, vel in frontem, vel in rgum, vel in latus dextrum, vel in latus niſtrum. Cum ergo, qui ante pugnarunt i latus, deinde pugnant in frontem, id eſt à ltere pugnantes ſeſe vertunt, & hoſtem iruentem excipiunt in fronte, tum proprie *utare pugnam* dicuntur.

niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

niſi etiam ſuam naturam) Faber in Epiſtolis Criticis legit, *bonam naturam* , nimis confidenter, ut ſolet. *Suam* hic ſignificat eam, quæ cuique propria, nullo habito reſpectu, ſive bona fuerit, ſive mala. Itaque Cicero I. Off. *Expendendum eſt, quid quisque habeat ſui.* Neque agitur hic ſolo de Dario, ſed ſententia ponitur generaliter, oſtenditurque, per fortunam cujusq; mutari naturam, iracundos per eam fieri mites & tractabiles, & vice verſa, tractabiles, iracundos & moroſos. Adde Phædri noſtri lib. IV. c. 10.

C. III. *Anxium de inſtantibus curis*) Ordo vicitur, anxiũ curis de inſtantibus. Curæ de inſtantibus, ſunt curæ de rebus illis, negociis, periculis, quæ inſtant, im̃inent, impendent. Quomodo & Liv. lib. XXVII. c. 49. *His anxius curis ſigna ferri juſſit*. Nempe cura ipſa dicitur angere. Ideo præcedit paulo ante apud eundẽ: *quonam modo alter ab Annibale abſceſſiſſet, cura angebat. At anxius de re*, pro anxius ob rem, ob cauſam, non puto inveniri, eo quidem ſenſu, ut ea res anxietatem faciat. Nam alius eſt ſenſus, cum anxium de re quapiam dicimus, ut ſollicitum de re, vel timidum, quando quis veretur, ne illi rei quid eveniat contra propoſitum, aut ſuam expectationem.

ægritudo) abſolute, pro ægritudine animi, hoc eſt, paſſione, perturbatione. Quomodo & Stoici appellant *morbos*, qui Gr-

c πάθοι. Sic infra lib. IX. c.9. *Regem quoque deſperatio ſalutis ægritudine affecerat.*

arſiſſent) Mallet Freinshemius, *arſiſſe*. Sed ſ. duæ pereunt literæ. Itaque legerem *arſiſſe, & quod*. Scriptum fuit junctim *arſiſſeet*; hinc fecere *arſiſſet*, ac cum emendatione, *arſiſſent*.

Quidam non ita) Mſſ. plerique omittunt vocem *ita*. Hinc nonnulli cum Freinshemio legunt, *quidem contra*. Mihi veriſimile, Curtium ſcripſiſſe, *quidam noxia augurabantur*. Nempe præceſſerat, *alii lætum id ſomnium eſſe dicebant*, cui hoc opponitur. Neque quidquam facilius erat, quam ex *noxia* facere *non ita*, & poſtea illud *ita* delere, tanquam ſupervacuum, aut ex initiali ſequentis vocabuli natum.

quem regnum Aſiæ occupaturum eſſe, haud ambigere) Libri veteres habent: *q. r. A. occupare habuiſſent haud ambiguæ rei.* Arbitror ſcripſiſſe Curtium: *quem regnum Aſiæ occupare, habuiſſe id haud ambiguæ rei.* Senſus eſt, Darium id habuiſſe tanquam rem haud ambiguam, ſed claram apertamque, Alexandrum nempe occupare Aſiæ regnum, per ſomnium, quod vidiſſet. *Occupare* ponitur eleganter, pro in eo nunc eſſe, ut occupet, quia nunc cum maxime bello petebat Darium. *Habere quid rei haud ambiguæ*, pro habere rem aliquam minime ambiguam, ſed

 cer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

certam evidentemque. Habet autem I... rius, per oblatum ſomnium.

& Zona) Vix dubito, ſcripſiſſe Curtiu, *è Zona.* Duo notat in Dario, cinguli ma- riam pretioſam, & cincturæ modum mul... brem. Itaque verba *Zona aurea* diſtin... debent à ſequenti *muliebriter.* Quod cu... fit, apparet manifeſte, *è*, vel *ex Zona*, non ... *Zona*, ſcribi oportere. Quomodo apud ... bium habemus *ſuſpendere è fico*, apud Vir... lium, *ſuſpendere ex pinu.*

Cydarim Perſæ regium capitis vocabant) P... *vocabant*, Freinshemius mavult *vocant.* S... potuit Curtius ſua ſpectaſſe tempora, qui- bus forte aliud habebant nomen.

cærulea faſcia) Etiam hic mallet Frein- mius, quanquam timide, *hoc cæruleum faſc.* Nempe ipſe noſter in ſequentibus diaden... facit *purpureum, albo diſtinctum.* Vide lib. V. c. 6. Alii legunt *erubea*, alii *coccinea.* Liceb... & nobis divinare. Putamus ergo Curtiu... ſcripſiſſe: *Hocce roſea faſcia.* Solet enim co- lor roſeus & purpureus uſurpari pro ec... dem. Quomodo *gena roſea* & *purpurea* pro- miſcue dicuntur, item *os roſeum* & *purpu- reum.* Niſi quis propius ad ſcripturam vete- rem malit, *ruſſa faſcia.*

haſtas) perticas longas, quibus ferru... acutum eſt præfixum. Id enim proprie *ha- ſta* apud veteres. Inde *haſta pura*, *haſta præ- ferrata* paſſim. Ipſe noſter c. 2. *Pluribus ha-*

reban

rebant haſtæ ferro præfixæ, quidam lignum igni duraverant.

diſpar acies erat) Ita habent omnes editi, nec in veteribus ajunt aliter inveniri. At quis credat, Curtium ſcripſiſſe, *ſi quis aciem Macedonum intueretur, diſpar acies erat.* Quo enim pertinet ea repetitio, *aciem, acies*? Nonne poterat elegantius illud poſterius omittere? Scribo igitur *diſpar facies erat*, id eſt, apparebat longe alia ſpecies ipſius, quam Perſicæ. *Faciei* vocem pro ſpecie, aſpectu rei alicujus, uſurpant optimi ſcriptores, ipſeque Noſter. Vide infr. c. 13, 11. & lib. IV. c. 13, 1.

C. V. *cujus calor*) Mirum & notabile locutionis genus: *calor æſtatis accendit Ciliciam vapore Solis*, pro, *calor Solis accendit Ciliciam æſtate.* Habet aliquid pleonaſmi, quod inſeruit demonſtrandę magnitudini caloris ejus temporis.

quas victores peragraſſent) Bongarſianus habet, *victoria*, quod valde placet. Puto autem excidiſſe voculam, ſcribendumque eſſe, *quas victoria peragraſſent, fuga repetendas.* Certe illud *repetendas* frigidius ſic nudæ ponitur, neque habet, quod reſpondeat neceſſaria hic oppoſitione, præcedenti *victoria.* Sed & ſequitur mox, *quem ſignum daturum fugientibus*, quod præſupponit, de fugientibus ante eſſe actum. Non autem repetentes omnes

 priora

priora loca etiam fugientes. Et denique ho modo ſolent optimi ſcriptores loqui.

ob hoc ſolum) Mſ. Palat.& alii, *ad hoc*, quo præfero. Solent enim tali modo optimi ſcriptores. Eſt autem *ad hoc tantum*, idem ac *huusque tantum*, *hactenus tantum*.

non tam mortis, quam belli remedium) Locus obſcurus. *Mortis remedium*, eſt remedium contra mortem. At non ſic *belli remedium*, ut ſicut per remedium mortis declinamus mortem, ſic per belli remedium declinemus bellum. Sed belli remedium videtur id, quo poſſit bello iri obviam, poſitumque ſpecialiter pro prælio, quod tum imminebat à Dario, contra quod unicum erat remedium, præſentia Alexandri.

arbitrabatur) pleræque aliæ, *arbitrabantur*, quod videtur rectius, quoniam præcedit *cepere*, itidem in plurali.

C. VI. *ſecreta æſtimatione*) Palatinus habet, *exiſtimatione*, quod fortaſſe non fuit repudiandum. Cum præſertim apud alios non paucos in antiquis Mſs. occurrat, ubi hodie in editis vox *æſtimationis* invenitur. Vide, quæ notavi ad Pacatum edit. ſecund. itemq; Hyginum. Adde infr. IV. 4. 16.

movit oculos) Mallem *movet*, quoniam præcedit *jubet*, item *haurit*, & *accipit*, ſimili tempore.

oro, quæſoque, amiſſoque) Quomodo *amiſſo*? amiſſus metus eſt, quem quis amiſit, quod fere

ere ſolet fieri contra voluntatem, & ex auſſa aliena. Hic vero nihil tale locum habet. Igitur legendum eſt, *omiſſo*. Deinde, um putamus tam ſuppliciter oraſſe vitam? Atqui longe diverſum oſtendit verbum *dederis*. Potes, inquit, dare, ſi fueris liberatus à norbo, ſin minus, ne oro quidem, quia meus piritus ab ore vitaque tua pendet. Ergo totum locum ita lego diſtinguoque: *Servatus me, vitam mihi dederis. Oro quæſoque, omiſſo metu patere medicamentum concipi venis*. Orat Philippus, ut Alexander pateretur concipi venis medicamentum, neque metu intempeſtivo ejus efficaciam impediret. De hoc quippe ſollicitus fuerat, non de vita ſua. Puto evidentem eſſe correctionis cauſam. Habere gemina his Tanaquillum Fabrum in Epiſt. Criticis 1. ep. 52. nunc demum animadverto.

ſed certiorem) Ita Freinshemius. Præfero ego *certiore*, quia alterum non recte reſpondet ſuperioribus, ad quæ tamen debet referri Ordo namque eſt: *Sed certiore modo experiri meum animum, ne optaſſes quidem*.

omnia etiam) Num abundat illud *etiam*, quia præceſſit, *Ætas quoque*? An hæc eſt ſententia, non modo aliorum, ſed & Alexandri honeſtaſſe opera ejusmodi ætatem. Hæreo, quia ſi hoc voluiſſet, ſententioſe *magnis*, non ſpecialiter & in relatione ad res

unius Alexandri, *tantis* ſcribere debuera
Etiam illud *ſed* non ſatis arridet. Vellem i
legi: *Ætas quoque vix tantis matura rebus,*
abunde ſufficiens, omnia ejus opera honeſtabat.
C. VII. *edito ſpectaculo ludicro*) Freinsh
mius vocem *ludicro* habet pro gloſſemat
Mihi contra videtur ejiciendum *ſpectacu*
Supra enim ſimili pæne modo *ludum* dixer
& quia *ludicrum* obſcurius videbatur, ide
erat, qui pro eo *ſpectaculum* ſubſtitueret.
C. VIII. *vix ullam eſſe rationem*) Codic
veteres plerique habent, *inſulſam eſſe rati*
nem. Itaque non dubito, quin illa *vix ulla*
ſint corrupta, cum ne ſenſus quidem eoru
ſit ſatis conveniens. *Vix ulla* enim non ex
cludit *omnem*, quod hic vult Darius. Qua
ſuſpicor, ſcripſiſſe Curtium, *trahendi ve*
belli falſam eſſe rationem, vel, *vix ſalvam eſſe ra*
tionem.

præciſis aduſtisque manibus) Quomod
aduſtisque, cum ſequatur mox, *quorum ampu*
taverat manus, nulla facta mentione aduſtio
nis? Sed nec alibi quid legas tale. Amputa
bantur manus, non adurebantur. Codice
non nulli habent non *aduſtisque*, verum *ad*
ductisque. Suſpicor itaque, à prima fuiſſ
manu, *adſtrictisque*, id eſt, revinctis, funibu
videlicet ad tergum, ſicut fere ſolet in ho
genere.

quam mutabilis eſſet) Neſcio, an ſatis ſi
idonea hæc ſententia. Quomodo enim ex
eis,

s, quæ ſibi tribuerat Fortuna, reputare po-
rat, eſſe mutabilem, qui eam ſemper ha-
uit faventiſſimam, ſemperque eandem?
Quare præfero, quod habent libri alii, *quam-
ue*, totumque locum ita diſtinguo, *vereba-
tur, nec injuria, ex his, quæ tribuiſſet ſibi; quam-
que mutabilis eſſet, reputabat.* Ut ſit ſenten-
ia, illam ipſam ſummam fortunæ indulgen-
iam verebatur, vel propter hoc ipſum,
quod ei tribuiſſet tanta, nec injuria, quia
nempe cum ad ſummam pervenit, maxime
debet eſſe ſuſpecta, ut quæ diu eo loco ne-
ſciat manere; hinc ergo reputabat ſimul,
quam non poſſit eam indulgentiam longius
ab ea ſperare.

C. IX. *Triginta & duo ordines ibant*) Hoc
eſt, ibant ordines ſinguli, & in eis ſingulis
viri triginta duo. Ordo, eſt ſeries conſiſten-
tium juxta ſe à lateribus militum, quotquot
illi fuerint. Græci στοίχους vocant, de quibus
noſter Mauritius.

pluribus ordinibus) Quomodo? cum an-
guſtiæ non prohibeant multitudinem
ordinum, ſed militum ſingulorum in
ſingulis ordinibus. Poſſunt enim etiam in
anguſtiis tot collocari ordines, quot eſt lubi-
tum; at in iis non poſſunt collocari tot mili-
tes, cum prout arctiores laxioresve ſunt,
plures ſinguli admittant, vel pauciores. Li-
bri alii habent *ordine*, quod puto eſſe rectum,
ſed elliptice poſitum, pro *in ordine.* Potes

 poteſt

poteſt irre pluribus in ordine, id eſt, poſſu
pedites plures ire in unoquoque ordine.

C. X. *Redditur & à Macedonibus major, exercitus impar numero, ſed jugis montium vaſtuq. ſaltibus repercuſſus*) Locus minime ſanu. Plerique libri non habent illud *ſed*, alii ne iſta quidem verba, *impar numero* agnoſcun. Hinc conjicio, ſcripſiſſe noſtrum: *redditur & à Macedonibus, major exercitu, ut jugis montium vaſtisque ſaltibus repercuſſus.* Illud *major exercitu* idem eſt, ac major, quam exercitus erat. Ex *exercitu ut*, factum eſt *exercitus*, quia primo junctim erat ſcriptum *exercituut*, poſt alterum *u* omiſſum, tanquam ſupervacaneum, & denique *t* tanquam pravum, mutatum in *s*. Verba vero *impar numero* nata ſunt ex gloſſa, qua quis illud *major exercitu* explicare conatus fuerat.

C. XI. *ſimul ut erant emiſſa, in eosdem concurrentia implicabantur*) Varie hunc locum tentant invitis omnibus Mſs. qui receptam lectionem tuentur. Ergo rem expedio, mutata ſola diſtinctione, in hunc modum: *ſimul ut erant emiſſa in eosdem, concurrentia implicabantur* Hoc vult, tela illa emiſſa plura in eosdem, adverſarios puta, ideoque fuiſſe implicata concurſu, priusquam venirent ad eos, atque ita innoxie cecidiſſe in terram.

eodem illa) Quæ? nil enim præcedit, quo poſſit referri. Sed nimirum auctor magis rem attendit, quam verba. Nam eadem illa

ebent intelligi, quibus tabernaculum ex-
rnaverant.

tunc alienis) Hoc vult, fuiſſe illa nomina
ınc non ipſarum propria & vera. Si enim
is fuiſſent compellandæ, captivas & ſervas
ici debuiſſe. Reginarum ergo nomen per-
nebat non ad ipſas, ſed ad alias, eas ſcilicet,
uæ indignitate ac potentia regia re ipſa eſ-
ent conſtitutæ.

C. XII. *qui repertum ferebat*) qui geſtabat,
ſe forte repertum. Hunc enim ſenſum τὸ *fe-
rbat* hic habere puto.

nemo producere audebat) Ita edidit Freins-
emius. Sed quid eſt, *producere* hoc loco? nũ
ntromittere? Atqui producere is dicitur, qui
ucit quid foras è loco aliquo, in quo ante
uit ſitum. At Leonatus contra intro, & in
abernaculum erat ducendus. Libri alii ha-
ent hic *procedere*, quam lectionem credo
ſſe veram, vel ex eo, quoniam in libris aliis
ſt *prodire*, ſine dubio ex interpretatione
licujus gloſſatoris.

quam vindicatum ab eo) Hephæſtione pu-
a. Poteſtate illa regis admonendi, ait, ſi
uid forte feciſſet perperam, utebatur He-
hæſtion ea prudentia & moderatione, ut
onſtaret, eum id facere ideo tantum, quo-
iá rex vellet, & ab eo requireret, non quod
pſe cuperet, aut tanquam jure aliquo ad ſe
ertinentem exercere gauderet.

viciſſet profecto) In veteribus libris omni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

bus eſt, *ſi viciſſet*, ac mox poſt, *ſi abſtinuiſſ* Freinshemius utroque loco delet *ſi*, ut oti ſum. Forte noſter ſcripſerat, *ſic viciſſet*, *abſtinuiſſet*. Nam eandem vocem librariu imperitum de ſua tantum ſententia bis re petere auſum fuiſſe, vix exiſtimo.

animo ejus infuderat) Ita Freinshemiu. Ego mallem, quod plerique habent libri al *ſuperfuderat*. Nam quod infunditur, id a eo, cui infunditur, capitur atque continetu at vero ſequitur de Alexandri animo, m gnitudinem fortunæ non cepit. Non erg infudit, ſed ſuperfudit ſe fortuna animo, i eſt, ſuperavit eum ac quaſi demerſit.

præter fiduciam) illius magnificentiæ, pu ta. Hoc vult, uſurpaſſe quidem fortun priſtinæ magnificentiam, ſed cum perpetu timore quodam, ne forte mutaretur A lexander, & jure victoriæ ſtatueret gravi aliquid in eas, ut captivas Itaque eam fidu ciam conſtantis & permanſuræ hujus ma gnificentiæ non habeant, ſicut habuerun olim, cum adhuc liberæ & reginæ verſaren tur in Perſide.

qua Dario precata ſumus) Scilicet, ut æte num imperes. Hoc enim, qui veniebant i colloquium Regis apud Perſas, ſolennite precari ſolebant. Dixi pluribus jam olim a Ælianum.

C. XIII. *tum adſtrictas veſtes*) Adſtrict veſtes, hoc eſt, corpori preſſe adhærente nullun

ullum hic quidem poſſunt habere locum. legendum igitur cum Acidalio: *& humus ri-bat, gelutum abſtricta*) *veſtes* &c.

omiſſis) ſcilicet oneribus illis, quod ex ræcedentibus intelligendum, niſi plane ripſit *omiſſis iis.* vide ſupr. c. 11.

ſi qua res avaritiam moraretur) Non placet æc lectio. Nempe anteceſſerat de triſti fa-ie, qualem vult hic dicere, videri nullam, uantacunque ſit, iis, qui ſunt avari. Aliud utem eſt, non videri cui triſte quidpiam, & liud, non poſſe quid quem morari. Lego gitur; *ſi qua re avaritia moveretur*, cum præ-ertim ſit in Palatino quoque uno *avaritia moveatur.*

facti argenti) vaſa argentea, cæteramque ſupellectilem ex argento poſſumus intelli-gere. Sed pro *facti* omnes fere libri veteres habent *facile.* Quod ſi conjungitur cum ſe-quenti *æquabat*, ſenſum habet non inconve-nientem, ut non debeat repudiari.

cæterum dii tanta fortuna proditorem ſepul-turæ celeriter debita pœna proſecuti ſunt.) Pro *ſepulturæ celeriter*, in quibus ſine dubio eſt vi-tium, Tanaquillus Faber legit, *ſecurum ſcele-ris*, nimis longe à ſcriptura veteri. Mallem ego: *c. d. t. f. p. ſeque ulturi, celeriter debita pœna perſecuti ſunt.* Hoc eſt, perſecuti pœ-na ſunt proditorem, ulturi nempe illum pro-ditorem, & ſe. Proditorem, propter pro-ditas fortunas Darii regis ſui; ſe propter fi-dem

dem, quam datam regi per deos ſolenni ju-ramento, feſellerat. Ut τὸ *ulciſci* duplici ſenſu intelligatur, uno, quo punire, alio, quo vindicare ſignificat, quod genus eſt non in-frequens bonis ſcriptoribus in aliis ejusmo-di locutionibus. Puto autem vitium hoc natum ex eo, quod in libris antiquis eſſet ſcriptum *ſeq. ulturi*, per compendium, idque poſtea conjunctū videretur otioſum, & pro *ſequlturi* ſcriberetur *ſepulturi*, atq; ad poſtre-mum alia emendatione *ſepulturæ*.

interfecti proditoris) Illud *proditoris* puto eſſe ex gloſſa, quam adjecerat quis, ut liqu-ret non de rege hic ſermonem eſſe, e quo proxime præceſſerat. Sane cum hab-retur paulo ante, *tantæ fortunæ proditorem*, vox *proditoris* parum commode hic repeti videtur.

AD LIBRUM QUAR-TUM.

C. I. QUod *celeritate præripere potuiſſet*) It editio Freinshemii. Libri alii, ple rique etiam Mſ, habent *præcipere*, pro *præri pere*, quod genuinum puto, vel propterea quia frequentiſſime hoc ſenſu eo verbo uti tur Curtius, ut vel ex Indice apparet.

licitamini) Plerique alii habent *licemini* quod puto rectum, & illud *licitamini* ex gloſ ſa eſſe. Senſus eſt, offertis pretium ei, qui pro ipſo addicere vobis vult caput hoſtis, & de

trun

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

uncatum ad vos ferre, h. e. ingenti præmio promiſſo, factis percuſſores ſuorum dominorum.

etiam duo) ſcilicet *regi*. Vocat autem Alexander ſe Darii regem, non modo propter victorias, ſed & captam partem maximam regni ipſius.

qui meminerit)hoc eſt, ut meminerit. Sensus: Nominate vos regem aliquem, ut ſi hac veſtra nominatione, hoc ſuffragio veſtro pervenerit ad regnum, per hoc ipſum ſciat, tantam rem veſtræ bonitate atque liberalitati, non ſuis meritis, aut cauſis aliis deberе.

non exaudiebat)ignorabat iſta omnia, quæ hactenus inter Alexandrum & Darium gesta erant. Propter paupertatem enim operi intentus, ut neceſſarium ſibi compararet victum, otii non habebat tantum, ut præberet aures iſta commemorantibus, aut in cauſas motuum publicorum ſollicite inquireret.

ex ſuis quiſque vicis urbibusque ad hoc ipſum concurrunt, ad delenda præſidia Perſarum) Non concoquo ineptam illam repetitionẽ, *hoc ipſum*, *ad delenda*. Ex libris antiquis unus omittit *hoc*, alter *ad* poſterius. Hinc adducor, ut exiſtimem ſcripſiſſe Curtium, *ipſum concurrunt, & delenda præſidia Perſarum*.

ac velut in medio poſitus omnibus hoſtium cuncta

cta agebantur) Alii aliter hunc locum in-
tant emendare. Freinshemius pro deſpera-
to habet. Mihi omnia videntur ſana, modo
deleatur *ac*, quod nec agnoſcunt libri qui-
dam veteres, fiat nova periodus à voce *ve-*
lut, & poſt vocem *hoſtium* ſcribatur comma.
Ordo: Cuncta, hoſtium ſcilicet agebantur,
velut poſitis illis cunctis hoſtium in medio,
id eſt, ſicut, vel quia cuncta illa, quæ hoſti-
um erant, poſita fuerunt in medio, ita, et
ideo quoque cuncta agebantur. *In medio ſi-*
ta dixit Curtius pro propoſita, expoſita, quo-
modo *& afferri quid in medium* uſurpatur.
Cicero in Verrina I. *Seſe ipſum nobis, & ...*
qui ante ſe fuerant, in medio poſuit, ut cæteros
ſe ipſum per ſe cognoſceremus. quaſi diceret,
poſuit eos, & ſe ipſum poteſtati ac arbitrio
noſtro de ſe judicandi Item in Tuſcul.
ſcœnas voluptates faciles, communes, in medio
eſſe dicant: id eſt omnium poteſtati permiſ-
ſas, ut quisquis velit, poſſit eas ad ſe rapere.
Quali ſenſu & hic apud Curtium iſta verba
poſita videntur.
C. II. *pulſu illiſa mari ſubruit*) Non video, quo
ſpectet illud *pulſu*, aut unde factus ſit is pl-
ſus, Itaque non dubito, quin pro *mari, muris*
ſit ſcribendum, literaque ex ſequentis vocis
initio, quæ male deleta eſt, repeti debeat.
in emendationem hancce conſentit etiam
unus Palatinus.

nondum tamen aquæ faſtigium æquabat.) ...
ſtigium

ſtigium ſcilicet operis. Sed quæ hæc conſtructio, faſtigium operis æquabat aquæ ? non enim τὸ *faſtigium* ἀπὸ κοινοῦ intelligi hic poteſt, cum faſtigium aquæ, pro aqua ſumma, vel ſuprema aquæ ſuperficie haud commode dicatur. Itaque præfero, quod in alio legitur libro *æquabatur*. Ordo: nondum faſtigium operis æquabatur aquæ, id eſt, æquale fiebat.

C. III. *nuper advectus*) In pleriſque libris aliis eſt *advectis*, quod probo vel propterea, quoniam video in Mſs. duobus Legi *adductis*, ſine dubio ex gloſſa. Et eſt plane elegantius, *claſſis advenit & Cleander cum militibus advectis*, quam *advectus*.

in majore locaverant patria) Ita vocat Tyrum, quæ *major patria*, ſicut ſunt *majores* parentes. Id quod notandum. Carthaginenſium majores erant Tyrii. Sic ergo Tyrus eorundem major patria.

quædam etiam nova admonuit) Ita Freinſhemius. Sed ſunt ex libris veteribus, qui pro eo habent *admovit*, quam lectionem puto eſſe veriorem. Nempe vix latinum eſt, *admonere præſidia*, debebat potius in genitivo dici *admonere præſidiorum*, quomodo alio loco *admonere priorum, fragilitatis humanæ*, & id genus. Deinde *admoneri* dicimus, quando ſuggeruntur ea, quæ ante fuerunt nota, vel certe debuerunt eſſe. Ad hoc de præſidiis novis dici non poteſt, quippe quæ nec ante

cognita

cognita fuere Tyriis, neque ut eſſent, cauſa ulla dari poteſt.

C. IV. *quicquid manibus fors dederat*) Libri nonnulli habent *in manibus*, quam ſuſpicor eſſe veram, ſed mutatam à ſciolo, qui neſciebat, præpoſitionem *in* quandoque conſtrui hoc quoque caſu, tali ſignificatione. idque vel propterea, quia legitur in aliquo, *in manus*, quod ſine dubio ex gloſſa eſt, adjecta illi alteri, *in manibus*.

quibus occultatis) Ita Freinshemius. Sed neſcio, an ſit conveniens Latinitati, *occultari devecti*. Longe profecto melius, quod habent codices plerique alii, *occultati*. Neque mihi dubium, quin litera *S* adhæſerit ex initiali vocabuli ſequentis *Sidona*. Contrarium accidiſſe videtur initio hujus commatis, ut ſcilicet finalis vocabuli præcedentis *navigia* abſumerit præpoſitionem, quæ hic poſtulatur, ſicque locum faceret obſcurum, & obnoxium depravationi. Lege igitur: *A quibus occultati, Sidona devecti* ſunt.

qui intra Macedonum præſidia erant) Non ſatis intelligo, quid his verbis noſter velit. Num *intra præſidia* idem eſt, ac *inter*? Sic forte ſenſus eſſet, habuiſſe Macedones inter auxiliares ſuos etiam Sidonios. Sed *præſidia* pro auxiliaribus non puto inveniri. An *intra præſidia Macedonum* eſt idem, ac in præſidio, in tutela Macedonum? Ita ſenſus eſſet, Sidonios à Macedonibus defenſos, tanquam amicos,

os. Verum hoc nil facit ad præſentem lo-
um. Suſpicor, locum non eſſe ſatis inte-
rum.

C. V. *vereri, ne ſe avium modo*) Verba
æc ſic ab emendatoribus ſunt formata.
urtii ipſius aliter habuere, quod liquet ex
iverſis multisque lectionibus. Codex Pa-
tinus unus totum locum exhibet hoc mo-
o: *vereri ſe, ne avium modo quas naturalis le-
itas ageret ea, quæ poßederat inanibus & pueri-
bus lineamentis efferret.* Ex quo conjicio, ſcri-
turam veterem ita ſeſe habuiſſe: *vereri ſe,
avium modo, quas naturalis levitas ageret, ob
, quæ poßederat, inanibus & puerilibus lini-
entis ſe efferret.* Nempe *linimenta* poſita pro
elinimentis: delinimenta vero, quibus quis
emulcetur, & pertrahitur ad aliquid. Ita
nſus erit: metuere ſe, ne ea, quæ occupata
abeat, Alexandro ſint inſtar delinimenti
icujus puerilis, quo gaudeat, ſeque efferat,
nquam re incomparabili.

quando aditurum) Libri plerique habent
uandoque, item *quando ſe.* Forte ſcripſit no-
er, *quando quaſo aditurum.*

bello, quod ſupererat, interfuturus) Aldus &
robenius ediderunt, *iter facturus*, pro *inter
uturus.* Eandem lectionẽ firmant Mſs. Pa-
tini & Bong. in quibus & pro *bello*, legitur
illo. Unde ſuſpicor, lectionem Curtii ve-
um eſſe, *ad bellum, quod ſupererat, iter facturus.*
itium natum ex eo, quia pro *ac bellum*, an-

 tique

tique & compendioſe ſcriptum fuit *ad be* cum lineola ſuper litera ultima, deinde ju- ctum utrumque, & factum *abello*, & a emendatore *ab illo*.

donum victoriæ ferrent) Quid eſt *ferre d- num victoriæ*, an, *ob victoriam*? Ita puto locu exigere, ſed tamen diſplicet loquendi genu primum, quia deeſt caſus, quo declaretu cui ferenda fuerit corona. deinde nec *coro victoriæ*, vel *donum victoriæ* in uſu eſt. dicitu enim corona virtutis, corona ob res ber geſtas, & id genus. Itaque pæne credo Curtium ſcripſiſſe, *donum victori afferrent*.

C. VI. *Sed cum undique*) Mirifice vari hic locus; Unus: *Sed cum undique telis eſt cir cumductus inſolenti gaudio juvenis elatus, ali virtutes etiam in hoſte imitatus. Tunc inquit A lexander, non ut voluiſti morieris*. Alius reter tis cæteris, τὸ *juvenis* omittit, pro *imitatus* ve ro habet *miratur*. Aliis pro *undique telis e circumductus*, habet, *undique qua ducto*, pr *virtutes*, *virtutis*, pro *imitatus* vel, *miratur*, *mi rator*, mox omiſſis aliis: *non ut voluiſti*, *inqui ſed* &c. E quibus omnibus colligo, ſcripſiſſ Curtium: *Sed cum undiquaque telis eſſet cir cumdatus, inſolenti gaudio juvenis elatus, alia virtutis etiam in hoſte miratori tunc inquit, non ut voluiſti, morieris Beli*. Illud *tunc* perperan omiſit Freinshemius, cum agnoſcant omne libri veteres, eleganterque opponatur τ *alias*, quod præcedit. *Alexander* quod ir

ſcri

ſcriptis occurrit, ſervaruntq; editi non nulli, ex gloſſa irrepſit in textum, qua quis vocabulum *juvenis* explicaverat.

& ſi nihil aliud, certe gemitu) Non video, quo ſpectet illud, *nihil aliud*, non enim ad *interpolabo*, hoc enim *ad ſilentium* refertur. Et poſtulabat ſenſus, ut ſaltem ſcriberetur, *& ſi non alio*, vel *nullo alio*, pro *non alia*, vel *nulla alia re*. Quid namque aliud interpolare, vel interpellare voluerit, quam pertinax ſilentium, non video. Quare ſuſpicor ſcripſiſſe: *vincam tamen ſilentium, & niſi hac, illud certe gemitu interpellabo*. Veteres enim pro *& ſi nihil aliud*, habent, *& in hoc aliud gemitu interpellabo*. Senſus, ſi non hac, voce nimirum, de qua præceſſit, gemitu certe ſilentium illud interpellabo. Senſus longe optimus & convenientiſſimus.

C. VII. *ingens æſtu fatigatis, etiamſi aqua deficeret, ſolatium*) Tanaquillus Faber in Epiſtolis Criticis emendandum putat, *etiamſi aqua NON deficeret*. Videlicet aqua, inquit, defecerat, quam cameli vexerant. Sed hoc puto dici contra mentem auctoris. Non enim ejus aquæ defectum hic intelligit, quam vexerant cameli, ſed univerſum omnis. Nam *in arido ſolo & fervido ſabulo nulla erat* penitus, ſicut ipſe loquitur Curtius. Itaque hoc vult, in tanto calore Solis umbram illam ex nubibus inductis fuiſſe non levi ſolatio, licet aquam nullam aliam habe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

rent, ac ne pluviam quidem, quia licet ſitin
non reſtingueret, recreabat tamen fatigat
æſtu, ac aduſta membra, viresque militu
reficiebat. Nec eſt opus ulla emendatione i
loco integerrimo.

in meridiem verſus) Quid ad locum hun
in Indice Freinshemius notaturus erat, a
quem remittit in notis, ignoro, cum in e
non legatur. Mihi admodum ſuſpectus eſ
Quo enim pertinet illud *verſus*? Non cert
ad ſedem, nec ad accolas. Præterea in Mſ
mirifica variatio. alii habent *verſum*, alii *ve*
ſam, alii *verſi*, alii *verſatus*. Et plane vox e
mea ſententia huc nil pertinens, & ex gloſſ
intruſa in textum, qua quis illud *in* explica
verat, oſtenderatque *in meridiem* eſſe idem
ac *verſus*, vel *verſum meridiem*.

quæſtuoſa) à quærendo, id eſt, adquiren
do, inquit Freinshemius. Verum non intel
ligo, quid *quæſtuoſus* hic ſignificare debeat
Num eſt dictum, ut *vinoſus*, *mulieroſus*, de ii
qui quæſtum adpetunt & conſectantur? A
ſic ſenſus eſt nullus locutionis hujus. Ecqui
enim, adpetens quæſtum ſpoliis? Non ad
petebant quæſtum ſpoliis, ſed faciebant ill
Syrtici. An quæſtuoſus dictum, ut lucroſus
de eo quod quæſtum præbet? At ne hæ
ſignificatio quidem hujus loci. Nam Syrtic
non præbuiſſe quæſtum hic intelliguntur
verum accepiſſe. Supereſt, ut quæſtuoſi di
cti fuerint, ut *pecunioſi*, qui multas haben

pecu-

pecunias, & *nummoſi*, qui nummos multos. Quanquam dubitem an hoc ſenſu ſit receptum apud veteres. Sane in nonnullis libris legitur hic *copioſus*, vel *copioſa* pro *quæſtuoſa*; ut ex gloſſa eſſe hoc videri poſſit.

umbilico maxime ſimilis eſt habitus) Locus vexatiſſimus. In quibusdam libris legitur, *utimbrico maxime ſimilis*, ex quo ſagaciſſime Cl. Iſaacus Voſſius in Not. ad Pomponium Melam, *umbriculo maxime ſimilis*. Mallem tamen, quo propius inhæreatur veteri ſcripturæ, ita locum totum legere: *Id quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo diis artifices accommodaverunt, at imbrico maxime ſimilis eſt. Habitus Smaragdo & gemmis coagmentatus.* *Imber* dicebatur perinde apud veteres atque *umber*, à Græco ὀμβρὸς. Inde Scaliger ad Varronem de R. R. p. 218. *Ibrumne, an Imbrum, an Umbrum dicas, nihil refert.* Nempe O Græcorum & in U & in I mutatus Latinorum, qua de re fortaſſis agam alio loco. Jam ut ὄβελον, ὄμβελον, ita & ὀμβρίκιον dixère Græci, uti vel ex Æliano patet, ex quo ὀμβρίκιον Latinorum *Imbricum* eſt factum. Quid vero *imbrum* vel *imbricum* ſignificet, docuit Voſſius, & ante ipſum Scaliger ad Varronem. Sed & in gloſſis antiquis legitur, *Imbrum* ἡμίονον, πρόβατον. & apud Svecos, quod mireris, *gimer* ovis eſt annicula.

deſtinant pater? vates æque) Codices plerique

que τὸ *vates* non agnoſcunt. Mallem igitu abjicere, ac locum totum ſic diſtinguere: *an totius orbis imperium ſibi deſtinaret? Pater aqu in adulatione compoſitus* Ut ambigue & pe ſarcaſmum *pater* & de Hammone, & de ſa cerdote poſſet intelligi.

ut ipſi victorem regem divino honore colerent.) Hæc in quibusdam non comparent. Et vi dentur eſſe à gloſſa, quod & Freinshemiu: cenſuit.

corrumpit) Sic Freinshemius. Ego cum aliis puto rectius *corrupit*, quoniam præcedit *juſſit*.

C. VIII. *otioſa peregrinationi*) Quidam libri habent *otioſe peregrinanti*, unde poſſis ſuſpicari, lectionem veram eſſe, *otioſe peregrinandi*.

urbis futuris muris polentam) Probo Gronovianam emendationem, *urbis futuræ muros polenta*. Niſi malis *orbem futuræ urbis*, id quod ideo potius videri poteſt, quia in Bongarſiano eſt, *urbem futuri urbis*, pro *urbis futuris muris*. item, quia iliud *orbem* in hoc genere uſurpavit ipſe Virgilius: *locum capit hunc, & in orbem deſtinat.*

quos illi è muris ob injurias tortos necaverunt) Illud *è muris* ſine dubio hic vitioſum eſt. Puto autem veram ſcripturam, *quos illi eculeis ob injurias tortos*. Qui neſciebant, quid eculei eſſent, primum diviſerunt vocem, ſcripſeruntq; *è culeis*, & poſt fecerunt *è muris*.

C. IX.

C.IX. *potentior auctor*) non imperii reſpe-
tu, ſed efficaciæ in perſuadendo. Ea enim
ic intelligenda eſt potentia.

liberque proſpectus oculorum, etiam quæ pro-
ul receſſere, permittitur) Modius emendat,
ermetitur, neque improbat Freinshemius.
ed quoniam in τὸ *permittitur* conſentiunt li-
ri omnes, idcirco arbitror, ſcripſiſſe Cur-
ium: *liberque proſpectus oculorum etiam in, quæ*
rocul receſſere, permittitur. Ordo: permit-
itur proſpectus in, ſcilicet ea quæ procul re-
eſſere. Sane nihil fuit facilius, quam ut præ-
oſitio *in* interciperetur à litera finali *m* vo-
abuli præcedentis, totidem conſtante li-
eolis, ſicut & alibi accidit ſæpiſſime.

ad reparandos animos) revocandos ſpiri-
us, quos amiſerant exhauſtos per continua
tinera. Nam illi quidem animi, qui ſignifi-
ant alacritatem & ardorem pugnandi,
unquam defecerant Macedonas.

velut diviſus in cornua) Factæ acies quaſi
luæ longæ, quibus utrinque appoſitus equi-
atus, ut equis frangeretur non nihil impe-
us fluminis, tranſitusque pediti redderetur
acilior. Adde infr. c. 12, 3.

incommodo onere) pro ex onere, ſive ob
nus, quod erat incommodum, id eſt,
mpediebat eos, quo minus libere ſe poſſent
egere.

invicem natantium mutuus clamor) Recte

ait Freinſhemius, ſe hoc non intelliger, quid enim eſt *natare invicem*? ergo ſubſtituit *vocantium*, maxime cum ſequatur e clamore. Verum aliud clamare, & aliud vocare ſe invicem, & cur tandem invicem vocaverint? In libris vetuſtis eſt *mutantium*, quod videtur eſſe rectum. Intelligunt enim illi, qui mutabant, ſarcinas videlice & pro ſuis capiebant alienas, dum flume tranſeunt, & ad hunc illius, ad illum alteri deferuntur, curſu fluminis.

nunquam in diſcrimen venit, an temere feci ſet) Non placet hæc ſcriptura. Illud *an* habet notam rei incertæ, deſideratque mem brum oppoſitum, ut ſi integre hic locus eſſe proferendus, ſcribi deberet, *an temere feciſſe nec ne*. Porro id, quod temere non fit, n quidem in diſcrimen venit. In libris aliis le gitur, *an temere fecit & Mazæus*. Itaque ſuſp cor, locum totum ita ſcribendum diſtin guendumque eſſe: *ratio minui poteſt, quia nunquam in diſcrimen venit. At temere fecit & Mazæus* &c. Certe codices plerique vocem *Mazæus* cum præcedentibus connectunt. Et eſt lectionis hujus ſenſus longe ele gantior. Dicit, poſſe minui rationem audaciæ ex eo, quia utrum fuerit audacia, id fu incertum ob id, quia fuit ſemper felix, neq: unquam incidit in aliquod periculum. Sicut & tum accidit. Nam & Mazæus cum tranſeuntibus poſſet ſupervenire ac impeditis in flumi-

amine, maluit exſpectare, donec tranſiiſ-
nt ſeque armaſſent, atque tum demum te-
eritate ſtulta iis occurrere.

directa in gutture haſta) Tanaquillus Fa-
er putat *directa in guttur haſta* ſcribendum,
t apparet ex epiſtolis ipſius criticis. Sed
utatio ne iſta nihil opus. Solent ſcriptores
ptimi poſt præpoſitionem *in*, ubi vulgo po-
quartus ſolet caſus, ſextum uſurpare;
uod jam alii ſæpe obſervarunt. Adde quo-
ue, quæ notata nobis ſunt ad Phædrum &
agmentũ Petronii Traguriаnum, ipſum-
ue noſtrum infr. lib. VII c. 4, 36.

. X. *compoſito agmine antecedebat*) Poſt
gmine, puto comma ponendum. Non enim
ntecedebat agmine, ſed agmen ipſum,
oſtquam compoſuerat.

falſa per metum augurantur) Paſſive po-
tum hoc videtur. Sed quia tali ſenſu alibi
on invenitur, ideo Freinshemius ſibi prope
t compertum, fuiſſe quondam, *falſa per
etum figurantur.* Non male. quia tamen
aulo longius hoc recedit à ſcriptura vete-
i, præterea τὸ *augurantur* eſt in libris omni-
us, ideo ſic mallem totum locum emenda-
e: *Sed Perſarum exploratores erant mille, fer-
e, qui ſpeciem agminis iis magni fecerant, quip-
e ubi explorare vera non poſſunt, falſa per me-
um augurantur.* illi nempe ſpeculatores. *ex-
plorare* etiam occurrit in libris vetuſtis.

non libidinis habuerat incitamentum, ſed glo-

ria) ex continentia erga tam & formoſa, & captivam, religione tanta ſervata.

parcas) ea reticendo, quæ videntur i. ſeriam poſſe augere.

C XI. *facilius eſt quadam vincere*) Illud *q. dam* mihi admodum ſuſpectum eſt. Qu. nam enim illa *quadam*? & ſi certa aliqua, c. non adjicit? intererat enim ſententię integ. tatis, ut ſciretur, ne ſi alterius eſſent gener, de quibus hic agitur, ſententia illa evader fruſtranea. Sed & vulgo alii cum ſimilia pr. ferunt, nullam adhibent diſtinctione, quod ex Floro, Ovidio, aliis; Freinshem laudatis, patet. Itaque eo inducor, ut exiſ. mem, ſcripſiſſe Curtium, *facilius eſt quide vincere*. Ita enim eleganter uſurpat alibi qu que illud *quidem*. ut paulo ante: *Odiſti n non quidem provocatus*.

ſuaſiſſem) Recte Budæus & Freinshemiu cenſent, *ſuaſiſſe*, item in ſequentibus, *redd. ret*, & ſic deinceps ſcribendum, oſtenduntc aperte illa, *Macedoniam quoque reſpiceret*. Pu to autem, totum locum ita fuiſſe formatur olim: *Tandem Parmenio, ante ſuaſiſſe ſe, ai captivos apud Damaſcum redimentibus redde ret*. Nam libri veteres quidam illud *ut* noi agnoſcunt, ſed pro eo habent *aut*, quod e: *ait* deformatum.

nempe ultra Euphratem ſum) Hæc oratic non reſpondet reliquo vigori. Veteres qui dam habent ita, *ubi igitur me affamini nempe*

obliti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

obliti eſtis, nam ultra Euphratem ſum. Item: *Ubi me aſſamini? nempe obliti eſtis, nempe ultra Euphratem ſum.* Ex quibus conjicio, ſcripturam veram ita habuiſſe: *Quæ poſt Euphratem ſunt, liberaliter donat. Ubi ergo me aſſamini? nempe obliti eſtis. Summum ergo detis* &c. Illud *ſum* poſt *Euphratem* in vulgatis natum ex initialibus literis ſequentis vocis *ſummum*. Verba autem *nempe ultra Euphratem*, ſunt gloſſa, qua quis ſenſum interrogationis, *Ubi igitur me aſſamini*, explicaverat.

Hoc regente) *Hoc*, id eſt, bello, *regente*, id eſt, determinante, definiente terminos. Solet quippe illud *regere* ſic ſolenniter de finibus uſurpari. quod ex titulo Juris *de finibus regundis* apertum eſt.

C. XII. *Poſt quas quinquaginta quadrigas Phradates*) Valde dubito, ſcripſiſſe ita Curtium, nec ſeorſum memoraſſe iſtas quadrigas, ſicut fecit alibi. ut ſupra: *Hos quinquaginta falcati curribus ſequebantur.* & paulo poſt: *claudebat hoc agmen aliis falcatis curribus quinquaginta.* Mallem igitur ſic legere hoc loco: *Poſt quas quinquaginta quadrigæ. Eas Phradates.* Et poteſt fieri, ut ex male conjunctis duobus vocabulis, *quadrigæ eas*, poſtea ſit ortum illud *quadrigas*.

tempore æſtivo) In quibuſdam legitur *tepore æſtivo*, quod mihi quidem vehementer placet pro altero, quia tepor ille ſolet eſſe cauſa illius fulgoris, ut eſt notum.

fera

Sera æſtimatione) etiam hic libri quidam Mſſ. habent *exiſtimatione*, ſicut ſupra lib. III c. 6. ubi vide, quæ notavi.

Melius adhuc ratus) Oratio hiulca, nec cohærens præcedentibus, quippe in quibus agebatur non de Alexandro, verum Macedonibus. Deſunt ergo aliqua. Nam vocem *Alexander*, quam præmittunt quidam, Mſſ. non agnoſcunt.

C. XIII. *& lata planitie dimicandum fore*) Mſſ. plerique habent *dimicarent*. Unde ſuſpicor ſcripſiſſe noſtrum *dimicari*, pro *dimicandum fore*, hocque poſterius eſſe natum ex gloſſa.

vigilias agere barbaros, & in armis ſtare) Post vocem *barbaros*, mallem collocari punctum minus. Cohæret enim illud *in armis ſta*, cum ſequenti *compertum eſt*, non præcedenti, *illud quoque accedit*. Sunt autem iſta diſtincta, nec alterum ab altero dependet.

raro admodum admonitu amicorum, quum metus diſcriminis aderat, uti ſolebat. tum quoque munimento corporis ſumpto proceſſit) Freinshemius locum hunc depravatiſſimũ ſic emendat: *raro admodum, admonitu magis amicorum, quam metu diſcriminis, quod adeundum erat, uti ſolebat munimento corporis. tum quoque ſumpto proceſſit.* In qua emendatione illud ſaltem monebo, videri primum τὸ *magis* quoniam in nullis libris comparet, delendum. Scilicet abeſſe poteſt ſalva ſententia.

Si

S: enim & alii, ut Tacitus III. An. 17. *miſera-*
t, quam invidia augebatur. Ipſeque noſter
i r. c. 16, 27. *Rex majore ex parte virtuti, quam*
f tuna ſua debuit victoriam. Deinde pro *quod*
ætundum erat, propius ad ſcripturam vete-
r m mutandum in, *ſi aderat.* Denique locum
t tum minima mutatione ita corrigendum:
r ro admodum admonitu amicorum quam metu
e criminis, ſi aderat, uti ſolebat: at tum quoque
t enimento corporis ſumpto, proceſſit.

C. XIV. *ſe ante prima ſigna dimicaturum.*
ndere pro ſe, quot cicatrices, totidẽ corporis de-
cra) Lectionem puto haud ineptam, ſi pri-
um poſt *dimicaturum* ponatur punctum,
einde pro *totidem corporis* inverſe legatur,
ræeuntibus Mſſ, *quot cicatrices corporis, toti-*
em decora.

In vero campi deprehendere) Non video,
is adverſativæ conjunctioni hic ſit locus,
ec ſi expletive poni dicas, ullam habet ele-
antiam, conſuetudini Latinorum conve-
entem. Mallem ergo: *hi vere campi depre-*
ndere. Vere deprehendere, eſt, *aperte, ma-*
feſte,

forſitan ita dij fata ordinavere) Pro *dij* alii
abent *deorum* Et profecto inſolens, *dij ordi-*
avere fata, ut imperium concuterent. Quia ta-
en illud *dij* agnoſcunt plerique, puto Cur-
um ſcripſiſſe *fato*, non *fata.*

C. XIV. *Exaudiebantur tantum ſtrepitus ha-*
enarum, quibus equi currum trahentes) Cu-
jus

juscurrum ? Darii ſine dubio, & ſequitr, *hæc ſola fugientis veſtigia excepta ſunt* quæ p… fecto de nullo alio accipienda. Jam vero i… de eo proxime præceſſit. Locutus noſte… communiter de fugientibus, eos dixit e… ſe, coiviſſe. Quomodo nunc poteſt tam … rupte venire ad Darium ſeorſim, ne prol… quidem ejus nomine? Mihi admodum p… ſuaſum, non pauca hoc loco excidiſſe.

C. XVI. *quam ſequi ſe*) Mallem cum B… garſiano, *quam ſe ſequi*, elegantioris num… cauſa.

Theſſalos equites ad ſe vocari jubet. Ecquid … *quit*) Freinshemius vere opinor putat, … cum hunc eſſe depravatum, emendatq… *Theſſalos equites advectus, ecquid, inquit.* Ace… re quidem facile convenirem, verba v… emendationis longius abire videntur. Q… re mallem ita legere; *Theßalos equites ad*… *lare, ubi, ecquid, inquit, videtis.* Verbum *ad*… *lare* valde opportunū eſt hoc loco, quia p… cedit, *ſtrenue uſus.* uſurpatque noſter etia… alibi, quoties feſtinatio eſt indicanda. Sc… ba tamen non eſt aſſecutus, itaque fecit *a*… *vocare.* unde alius dein *ad ſe vocare*, & ali… *vocari jubet.*

fortuna vincit) Alii libri *vicit*, quod pr… fero, propter ſequens *ſtrata ſunt*.

fugientibus) non *ſe*, quod in præceden… *inſequentibus* intelligendum, ſed *hoſtes*, q… periphraſi cives denotat.

ſaci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſaculires) tam varios & multiplices intel-
lit caſus, quam alias vix ſeculis ſingulis in-
tegriſque, per tempora diverſiſſima ſolent
venire.

miſericordia in metum verſa) cum propter metum imminentis periculi cogerentur omittere miſericordiam, nec tam aliis eſſe auxilio, quam ipſi ſuam curare ſalutem.

Darium adhuc regem) Petebant auxilium à Dario, ejusque implorabant opem contra vim Macedonum, quaſi adhuc rex foret, cum is tamen jam in fuga conſtitutus, ipſe indigus eſſet opis alienæ.

debuit, animo) Mallem *debuit, & animo.* Durior enim hic ellipſis conjunctionis videtur. Et potuit ea intercepta eſſe per pæne ſimiles literas in fine vocabuli præcedentis.

AD LIBRUM QUINTUM.

C. I. *QUa interim ductu imperioque Alexandri vel in Gracia, vel Illyriis geſta ſunt.*) Recte monet Tanaquillus Faber in Epiſtolis Criticis, ductu Alexandri ea gerī minime potuiſſe, quippe qui tum conſtitutus fuerit in Perſis. Quod autem loco *Alexandri, Antipatri* ſubſtituit, hoc vero non perſuadet. Nimirum tam diverſæ ſunt iſtæ voces, ut una pro alia non facile potuerit etiam ab oſcitante ſcriba collocari. Præterea inde notum eſt, Antipatrum in Illyriis belli geraſ-

geraſſe? Præfectum quidem rebus Græc Macedoniæque novimus ab Alexandro. S res Macedoniæ Græciæque nil opinor ad lyrios Thracasque, quorum hic fit ment. Quare mallem ego: *Quæ interim imperio A-lexandri*, deleta voce *ductu*. Error inde nat videtur. Volebat quis interpretari voce *imperio*, inepteque adjiciebat *ductu*. Id po-ea receptum in textum cum non cohæ-ret cæteris, alius conjunctionem *que* v *imperio* adjecit. Porro *imperio Alexandri* e, mandato auctoritateque ejus, quomodo lib. X. c. 2. *Exules recipi juſſit, & Græci hal auſi imperium aſpernari.*

Euntibus a parte læva Arabia odorum ferti-tate nobilis regio, campeſtre iter eſt) Ita habe omnes veteres, nec video, quid deſider queat in hac lectione. Ordo: Euntibus (Arabia, ubi caſtra habebat Alexander) Ar bia eſt à parte læva, & iter campeſtre. Eu tibus eſt iter campeſtre, idem, ac habe iter, facere iter debent per meros campo Porro qui ſint illi campi, declaratur in quentibus, ejus nempe regionis, quæ int Tigrim & Euphratem eſt ſita. Puto pla eſſe omnia.

toto fere ſolo propter venas aquarum reſuda te) Putat Freinshemius ſcribendum: *to fere ſolo propter, venis aquarum reſudante.* V rum haud perſuadet. Nec enim illud ta tum ſolum totum, quod eſt propter fluvio

l eſt, in proximo, aut vicinia eorum ſitum,
:d in univerſum, omne , quantumcunque
ıcet inter iſta duo flumina , humore abun-
at, quod ex eo conſtat, quoniá de eo omni
icitur, quod ſit pingue. Ergo lectionem
ulgatam retineo , cum in ea nulla ſit diffi-
ultas. Cauſa fertilitatis eſt humor, qui ma-
at ex utroque amne, inquit. Sequitur, quo-
ıodo poſſit manare , toto ſolo reſudante,
ilicet humorem eum , idque propter ve-
as , per quas ſcilicet manat ex utroque
mne.

velut in aciem irent) Quid hoc eſt? an ire
ı prælium? At *aciem* pro *prælio* & *pugna* ne-
io, an temere occurrat. Num eſt, ire in
cie? cur ergo addit *velut*? quadratum cer-
: illud agmen non erat, velut acies ; ſed re-
era, re ipſa. Libri Mſſ. habent *acie migrent*
tiae migrans. Puto igitur fuiſſe: *Ceterum*
uadrato agmine, quod ipſe ducebat, velut in
cie migrans, ingredi ſuos jubet. Senſus: Jubet
ıos ingredi agmine quadrato. Id porro qua-
ratum agmen ducebat ipſe, illo plane mo-
o pergens iterque faciens , ſicut ſolebat
ı acie.

caveis præferebantur) Si præferebantur, er-
o non ſequebantur eum , quod tamen ſu-
ra dixerat. Mallem itaque *proferebantur.*

vix ſufficiendo aperi firmum reperiunt ſolum)
ro *ſufficiendo* alii habent *fulciendo* , unde
ongarſius conjiciebat *ſuffulciendo.* Id quod

 mihi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

mihi quidem melius videtur. Nam quod
Indice Freinshemius *ſufficiendo operi ſolum*
ponit *ſolum, in quo poſſit ſuffici h.e. ſubſtrui op*,
neſcio an loco huic conveniat. Differt
profecto *ſubſtruere* & *ſuperſtruere*. Opus
perſtruendum fuit ſolo firmo, non ſubſt-
endum. Præterea *ſufficere* non tam eſt ſu-
ſtruere, quam in locum rei alterius repo-
re. Quare magis inclino eo, ut credam, ſc-
pſiſſe Curtium: *vix ſufficiunt operi firmum*
lum. Sententia hæc eſt; Illi limo penitus
egeſto vix ſubſtituunt è durabili materia
lum ejusmodi, quod poſſit eſſe firmum
ſtinendo operi. Error in ſcriptura natus
eo videtur, quod pro *ſufficiunt*, interpreta
per verbum *reperiunt* eſſet adjecta, dein
verbo *ſufficiunt* ex ſequenti voce *operi* prin
litera adhæſerit, factumque ſit *ſufficiunto*, u-
de poſt à correctore factum id *ſufficien*,
quod in textu hodie occurrit.

C. III *temporum multorum homo*) id eſt, qu-
lis reperiri poſſit multis temporibus, ſed q
rariſſime exiſtat.

ſimul jam inter hæc) Mallet Freinshemiu
caſtelli exigui & ignobilis ſimul? Jam inter h
eminus petebatur, exturbato illo *admone*
quod conjecerat Bongarſius, ex vocabu
admovens, quod hic habent quidam libri po
voculam *ſimul.* Ego puto minime conten
nendum, locumque ita legendum: *Rex int*
primos conſtiterat, interrogans &c. *ſimul ja*

(V

(vel, *ſimul etiam*) *admovens. Inter hæc eminus* *etebatur.* Sententia: Rex interrogabat eos, & ſimul adducebat ipſe quoque propius ad caſtallum, cum eum vident appropinquan-tem, obſeſſi petunt eum telis. Verbum *ad-movere* tali ſenſu ſæpiſſime apud noſtrum oc-currit Similimus eſt locus lib. IX. c. 4. *Jam* *dmovebat rex, quum vates admonere eum cepit,* *e committeret.*

Supplicium precibus) Sic Freinshemius, ne-que ſcio, an typographi culpa, cum inter er-rata ejus non ſit notatum. Non enim dubi-um, quin *ſupplicum*, & non *ſupplicium* ſit ſcri-bendum.

vaſtata tertio die Perſidem) Recte corru-ptum locum cenſet Freinshemius, cum Per-ſidem ante Suſidas Pylas intrare nequiverit. Mihi non eſt dubium, quin illud *Perſidem* ex verſu ſuperiore perperam hic ſit repetitum. Puto autem ſic ſcripſiſſe Curtium: *Omni hac* *regione vaſtata ferro, die quinto anguſtias.* Ex *ferro* male aſpecto fecit oſcitans librarius *fer-o*, mox alius, quia ſequebatur *die*, *tertio*, & quia ſtatim legitur *quinto*, ideo ex ſuperiori verſu *Perſidem* hic inſervit.

C. V. *diripere velle theſauros, properaret*) Li-bri veteres pleriq; poſt *theſauros* habent vo-cem *dimiſſos*, unde Acidalius facit *ditiſſimos*. Mihi neſcio quomodo convenientibus vi-deatur, ſi legatur *theſauros ſibi commiſſos.* Vi-tium videtur ortum ex literis primo male

K 2 con-

connexis, hoc modo *theſauro ſi bic omiſſos*, pc
per emendationem mutatis deletisque, qu
diſplicebant: ut fieret *dimiſſos*.

fortunæ exempla) id eſt, pœnas & ſupp
cia, quæ ſæviens & crudelis ſumſerat ab i
nocentibus illa fortuna.

Jovem illi) ſcilicet Græci captivi. Concl
maverunt autem, *aperuiſſe oculos*, id eſt, i
ſpexiſſe ad calamitatem & miſeriam ſuar
poſt diuturnam diſſimulationem, quaſi n
videret.

ut nunc eſt) Hæc quid ſibi velint, non e
cogito. Puto plane, Curtium ſcripſiſſe :
*qui modo ad opem petendam ex tenebris & carc
re procedere erubuimus, nunc & ſupplicia &
oſtentare Græciæ velut lætum ſpectaculum cu
mus*. Τὸ ἤ agnoſcunt libri Mſſ, quique pro
habent *nos*, id ex gloſſa acceperunt. Eſt a
tem elegans & emphaticum, ſæpeque ita
ſurpatum optimis ſcriptoribus. Vocula
eſt nata ex poſtrema ſyllaba verbi *erubu
mus*. Poſtremo & converſum in *eſt*, quo v
tio non aliud frequentius.

quid mirum eſt fortunatos) Puto & h
ſcribendum, *quid mirum & fortunatos*) Lo
ge profecto elegantius hoc eſt, & ex opp
ſitione præcedentium, oſtendit, factum no
habendum pro iniquo.

relinquimus) Libri habent *relinquemu*
quod præfero, propter ſequentem repet
tic

onem, *relinquemus ergo*. Sed ſic & *trahemus* rit ſcribendum.

quod ipſi nunquam auſi optare forent, offerre atriam) Illud *forent* prorſus ineptum eſt oc loco. Scripſiſſet ſaltem Curtius, *auſi fo-nt optare*, cum trajectio non modo non ſit legans, ſed plane abſurda. In Palatino pri-io legitur pro eo *fortem*. Puto igitur ſcri-ſiſſe, *quod ipſi nunquam auſi optare, forte* (vel *rte jam*) *offerre*, *patriam* &c. Sic ſane ele-ans eſt oppoſitio inter id, quod per exſpe-ationem magnam obvenit optanti, & uod ſubito per fortunam neopinanti qui-em. Quale quid his Græcis evenit.

amor detineret, relinquerent) Sententia utila. Itaque hic addunt poſt *detineret*, *berent*. Sed quia libri veteres non agno-unt, ideo exiſtimo, ſic eſſe ſcribendum to-m locum: *Si quis contubernij liberorumque, eos ſervitus coëgiſſet agnoſcere, amor, retineret; linqueret, quibus nil patria carius eſt*. Depra-avit locum particula *quis*, quam non intel-exere priſco more poſitam pro *queis*, id eſt, *uibus*. Sententia: ſi quibus amor, ſi aliqui-us eſt amor contubernii liberorumque, ſi ui amant contubernales ſuas liberosque, etinerent illi eos. Senſus optimus.

. VI. *ad oſtentationem luxus*) Hoc *luxus* ihi ſuſpectum eſt. Puto ab initio voci *oſten-tionem* adſcriptam gloſſam *luxum*, eam

poſt receptam in textum, dein mutatam in *luxus*, ac propterea delendam.

C. VII. *Ac ne longa quidem ætate*) qua longa? hoc vero non exprimitur, ut facile appareat abeſſe quidpiam. Ideo libri alij: *Ac ne tam longa quidem*. Sed hoc puto emendatorum eſſe, non Curtii. Ipſe ſic videtur ſcripſiſſe: *Ac ne tam longa hac quidem ætate*. Vitium ex eo natum, quia duæ voces *longa hac* junctim & ſine aſpiratione, *longaac*, dein *longae* ſcriptæ.

habuere Macedonum reges) Hoc vero *Macedonum* eſt ex gloſſa, inepti interpretis, qui cum *reges* hic videret nominatos, de Macedonum regibus accepit. Præterea & alio vitio hic locus laborat Vult enim dicere alias urbes ſupereſſe, Perſepoleos ne veſtigium quidem ad parere. At hoc non faciunt verba, ut nunc leguntur. Itaque ſic cenſeo legenda? *Alias urbes, quas habuere reges nunc habent Parthi*, Senſus clariſſimus. Habent eas Parthi, ergo ſuperſunt. Debent autem hic intelligi urbes illæ, in quibus itidem verſari reges Perſarum conſueverunt. Habuerunt enim certas aliquas, quas inhabitabant æſtate, & alias, quas hyeme, qua de re Briſſonius eſt conſulendus.

fuiſſe delendam) ex neceſſitate fatali. Hanc enim in cauſſa fuiſſe, ut factum tam fædum committeretur.

C. VIII. *Equidem quam verſabilis*) Sic edidit

et Freinshemius. Ego autem credo, Curtium ſcripſiſſe *verſatilis*, nam alterum neſcio occurrat alibi.

dij averſantur) In Aldino Codice legitur *verſantur*, quod puto eſſe rectum. Aliud *averſantur*. Averſamur enim ea, quæ nobis diſplicent, & nos ab iis quaſi avertimus. on ſic averſantur bella Darii, ſed plane adverſabantur dii, hoc eſt, adverſarios ſe faebant eorum, vertebant ſe contra illa bel-, & a parte Alexandri ſtabant contra Daum. Itaque mox capite ſequenti Nabarnes: *Diis adverſis bellum inimus*.

. IX. *regnum ubi reddat*) ſcribendum *tibi ddat*, quod inter emendanda notare reinshemius omiſit. vide mox.n.8.

ad renovandum bellum vires paratas habent) ibri alii *ad renovandas vires*, & *parata* exhient, quæ lectio videtur melior, cum non tis concinne vocabulum *belli* (ad renovanum *bellum*, ut major *belli*) repetatur.

perſecuti fugam ipſius) non Alexandri, liet proxime de eo præceſſit, nec enim ejus uga aliqua, ſed Darii, hoc eſt, qui eum fugientem eſſent ſeculi. Ita ſupr. c.8. *bis me victum, bis fugientem perſecuti eſtis*.

C. XI. Nulla *Bactra ſunt nobis*) Quorum ſcilicet fiducia ineamus adverſus te conſilium ſceleſte, jungamusque nos Beſſo. Pertinent enim hæc ad ſignificationem, verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

occultam & figuratam, facinoris, quod Be-
ſus agitabat.

& interpretis Græci) Atqui ſermo, qui r
ferebatur, non fuit interpretis, ſed Patron
isque relatus eſt opera interpretis Beſſo. C
gitandum itaque, annon Curtius ſcripſer
& interprete, vel *& ab interprete*. Ac potu
vox *Græci* effeciſſe, ut gloſſator, qui neſci
bat, per eam deſignari Patrona, conjung
ret cum præcedenti *interprete*, ac iccirco co
rigeret hanc faceretq; *interpretis*. Nam quc
Tanaquillus Faber in Epiſtolis Criticis ſ
quentia potius, *relato ſermone* putat emen
danda, & mutanda in *remotione*, id vero pl
ne alienum eſt ab hoc loco. Scilicet ſi re
motione interpretis ſuſpicio præberi Beſſ
debuit delationis alicujus à Patrono facta
removendus fuit ante, quam Patron deſe
ret. nam poſt delationē, & cum jam omni
interpres accepiſſet, fruſtra removebatu
Nullus itaque hic remotus interpres. Ho
vult Curtius: cum Patron Græce loque
retur cum Dario, Beſſum licet imperitum
ſermonis Græci, ipſa dictitante con
ſcientia, ſuſpicatum id, quod erat fa
ctum; poſtea ſuſpicionem confirma
tam per aliquem ex Perſis, peritum ſermo
nis Græci, qui referebat Beſſo omnem Pa
tronis ſermonem. Neque enim interpre
hic intelligendus is, qui ſic ſpecialiori notio
ne vocatur, ſed quicunque linguæ utriusq
peri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

eritus, quales adfuiſſe plures non eſt vero
ſſentaneum, cum Patron allocutus ſit
arium non ſeorſum & remotis arbitris, ſed
ræſentibus pluribus, quod apparet, quia
eſſus quoque & Bubaces adſuere.

. XII. *cum armatis*) Illud *cum* precii eſt
ullius. Alii habent *tum*: ex quo Freinshe-
ius conjiciebat *tot*. Ego mallē credere, lite-
s numerales hic latere, ac fortaſſis *XVM*
ribendum eſſe, ut *quindecim millia* ſignifi-
entur. Equidem triginta millia dicuntur
upra fuiſſe, qui in ſcelus conjuraverant. Sed
numerus variat in libris. Sunt, qui ha-
ent tantum XXV millia. Poſſunt & illa
uindecim millia de ſolius Beſſi manu accipi.
uanquam ſi de illis ſolus locus accipi debe-
et, forte rectius ſcriberetur IIIM. Ac for-
aſſis lectio hæc veriſſima, confirmata
tiam ex eo, quod in libris quibusdam ſcri-
tum reperitur trecenti. Nam tria I, à tri-
us C, in Manuſcript. parum differunt.
Noſter ſupra c. 8. *Tria millia & trecenti equi-
s erant maxime Bactrianorum. Beſſus præerat.*
Habes ecce tria millia Bactrianorum cum
uce Beſſo, nam trecenti illi hic in rationes
on veniunt. Quicquid ſit, illud *cum* non
liunde, quam ex literis numeralibus male
ntellectis, natum, ego quidem firmiter per-
uaſum habeo.

pellibus undique contectum) Hæc verba
uto ex ſequentibus intruſa inepte, ac ejici-

enda eſſe. Certe ſi hic poſuiſſet Curtius, n[illegible] debebat paulo poſt tanquam rem nova[illegible] memorare, quod *ſordidis pellibus vehiculu[illegible] intexerint*. Legitur quidem in quibusda[illegible] *contectus* in ſuperioribus, ut referri poſſit [illegible] Darium. Sed & illud à ſciolo factum. Na[illegible] ſi Darius ita fuit contectus, quid ita hic m[illegible] tuunt, ne forte cultu regis agnoſcatur, [illegible] vehiculum quoque contegunt?

C. XIII. *omiſſo itinere, quod patebat in M[illegible] diam*) Alii habent, *petebat*, ex quo Frei[illegible] hemius facit *parabat*. Sed *petebat* rectum e[illegible] In omiſſa, poſt *petebat*, diſtinctione cauſa e[illegible] difficultatis. Nam voces *in Mediam* non r[illegible] ferri debent ad *petebat*, ſed antecedens *omi[illegible] itinere*, locus ſic ſcribendus, *omiſſo itinere, q[illegible] petebat, in Mediam.*

AD LIBRUM SEX-TUM.

C. I. *Effuſe fluentem*) Illud *fluentem* no[illegible] parum mihi ſuſpectum eſt. Mſſ. v[illegible] teres non pauci litteris quadratis ſunt fo[illegible] mati. At in illis E & F parum differunt. L[illegible] cet ergo credere, vocabulo poſteriori τὸ [illegible] accreviſſe ex littera finali vocis antecede[illegible] tis. Reliquum fuerit, ex puncto illo F*lue[illegible] tem*, quod ſatis clare monſtrat, legendum e[illegible] ſe *ruentem*. qua voce nihil uſitatius in h[illegible] genere.

de[illegible]

deficere ſe) Imo vero non *ſe*, ſed *membra*, quæ experiebatur, ut conſtat ex ſuperioribus. Delenda igitur vocula *ſe*, quam peperit ſyllaba prima vocabuli ſubſequentis *ſenſit*. & ſunt ex libris antiquis, qui non agnoſcunt.

C. II. *Lapſa ſunt morem*) Verbum *ſunt*, libri meliores non agnoſcunt. Et plane abeſſe debet, nam reſpiciunt omnia præcedens *vicerat*.

quos è Græcia excitaverat) Alii *exciverat*, quod præfero. Nam excitantur, qui per otium, ignaviam, aut ſimiles cauſas manent in occulto, ac proferre ſe nolunt, quod hic non attenditur, ſed id ſolum, quod ad ſe evocaverit è tam longinquis terris; id autem eſt *exciverit*.

C. IV. *Levis armatura ducebat agmen*) Hoc eſt, præcedebat juſtam militum aciem. Nam *agmen quadratum*, eſt acies juſtorum militum, ſeu juſte armatorum, in itinere conſtituta. *ducere* autem hic eſt *anteire*, *antecedere*.

Et argumentum adferunt, aquam, quo dulcior quam cetera maria, infuſo paludis humore miſcere) Ita edidit, diſtinxitque Freinshemius. Sed eſt locus hic ſine dubio depravatus. Ecquid enim ſibi volunt iſta. *aquam miſcere. quo ſit dulcior*? An miteſcere alio fine quæ poſſunt: vel an omnino finis hic, ut miteſcant? Putem ego, unum idemque eſſe in aquis, ſi miteſcunt, & ſi fiunt dulces. Itaque ſic verba hæc diſtinguo atq; lego: *Et ar-*

gumen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

gumentum adferunt aquam, quod dulcior, quam cetera maria. Infuſo paludis humore n- teſcere. Sententia, pro argumento ſuo a- ferunt ipſam Caſpii maris aquam, propte ea, quoniam eſt dulcior, quam aqua mariu aliorum. Id porro dicunt fieri non aliam causam poſſe, quam quia in id Mæotis pal infunditur. Illud *quod* agnoſcit Codex etia Bongarſii.

C. V. *invicta manu*) Merito hæc vox Frein hemio ſuſpecta eſt, nimis tamen recedit *liqua*, quam ſubſtituit. Mallem *indicta*, ſignificetur imperata, juſſa, certorum ner pe ad hoc electorum.

comitata) Libri alii habent *comitatu*, qu præfero. Nam trecentis feminarum comit ta genus loquendi noſtro minus ſuetum Magis illud alterum, *comitatu trecentarun feminarum*, quam lectionem fecit dubiam quod ſolis numeris CCC poſitis incertu eſſet, *trecentis* ne, an *trecentarum* eſſet l gendum.

cum ipſo militari) Sociam belli ac militi ſe ipſi jungere.

C. VI. *in altiſſima quaque fortuna*) Hoc *qu que* mihi ſuſpectum eſt. Puto Curtiu ſcripſiſſe *in altiſſima quoque fortuna*. Senſu lon ge efficaciori & emphatico magis. Eſt eni ea ſententia, nullam eſſe tam alte conſtitu tam fortunam, ut non longiſſime ſupra ear

em

teneat id bonum , ſi quis in ea poſſit uti moderatione atque continentia.

diſciplinamque) Palatinus primus conjunctionem *que* hic non agnoſcit. Adducor, itaque, ut credam , Curtium ſic locum hunc ſcripſiſſe, atque diſtinxiſſe : *Patrios mores, diſciplinam Macedonum , Regum ſalubriter temperatum & civilem habitum.* Sane diſciplina Macedonum vix dici poteſt temperata, cum fuerit ſevera & adſtricta, habitus vero Regum vere temperatus , & de eo maxime dicitur per oppoſitionem faſtus Perſice hoc loco.

unum animum duorum non capere fortunam) Non poſſe uno eodemque animo & Alexandrum ſe præſtare & Darium , ac iccirco ſi Darius eſſe velit , ſimul cum animo fortunam Alexandri eſſe relinquendam.

ornaverat) Alii *oneraverat* , quod videtur convenientius , quoniam præcedit *ernantes.*

dedique alienis moribus) In Palatino primo eſt *dumq;* , quod longiſſime abeſt à vulgato *dediq;*. Itaque vix dubito, quin ei ſubſit ſcriptura vera, non intellecta aliis. Scripſerat nimirũ Curtius: *Tum, cum maxime, vinci ipſos duciq; alienis moribus*. Ut *vinci moribus*, pro *vinci à moribus* ita *duci moribus*, pro *duci à moribus* Quod quia in altero *dedi moribus*, (nec enim *moribus dedi* ſenſũ habet iſto quidẽ loco, qui poſſit cum præcedente cohærere) non procedit,

cedit,

cedit,ideo manifeſtum eſt, hanc lection[em] eſſe veram. Illud *duci* eſt intelligendum,q[uo] modo victi & captivi ducuntur,rectiſſim[e] τ8 *vinci* ſubjungitur. *Dedi* autem,quod nu[nc] legitur in vulgatis, gloſſa eſt alterius.

quarupes erat) Locus ſine dubio dep[ra]vatus. Acidalius veram putat ſcriptura[m], *quarupes ſederat*. Mihi longius à veteri ſc[ri]ptura hæc abeſſe videtur, quam ut vera p[o]ſit credi. Scribo itaque, *qua rupes ceſſerat*, [a]t *quarupes deſierat*.

inaruerat) Non dubitem,quin cum Se[n]ſis *inarſerat* ſit legendum. Sed obſtat, qu[od] *tunc* demum, cum ſtipites cumulati, *ig[nis] injectus* dicatur,quod & Freinshemius no[ta]vit. Neque debuit ab hac ſententia diſce[de]re ob ſuperiora, *iubet igni dari alimenta*, n[on] enim eum intelligit ignem, qui tum flagr[a]bat, ſed qui paulo poſt erat futurus. Con[ci]liumque Alexandri natum non ex igne fo[r]tuito, ſed arefactione fortuita per Fav[o]nium materiæ, quæ alias concipiendo ig[ni] fuit inepta.

quaeque adurebant) qui? Non pote[ſt] dici,miles,ſic enim,ut *incenderat* ſingulari, &|*adurebat* ſcribere debuerat. Neque ali[ud] quid ſupereſt, quo commode referas. Itaq[ue] metuo, ne ſit à gloſſa,qua quis illud *incend[e]rat*, exponere volebat; locumque totu[m] ita lego: *Sonabant incendio Sylvæ, atque ea qu[æ]que, qua non incenderat miles* (ſcil. ſonaba[nt] ince[ndio]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

cendio) *concepto igne proximo quoque.*
. V.II. *ejus conſilii fortibus vires & illuſtribus* *ſe participem*) Non video, à quo illa, *forti-us viris & illuſtribus*, regantur. Puto igitur eeſſe *cum*, legique oportere, *ſe ejus conſilij rtibus cum viris* &c. Nam ut per ellipſin edamus omiſſum, vix perſuademur. Sic nim & paulo poſt : *Sciſcitare inde pergit, cum ibus tanta rei ſocietatem iniſſet.*

dimiſſus Nicomachus ad fratrem) Male in reinshemiana hæc cohærent, nam verba *l fratrem*, ſpectant ad ſequentia *defert, quæ ceperat.* Itaque poſt *Nicomachus*, comma t ſcribendum.

ut perveniret ad ſe) Hæc ex gloſſa ſuſpicor jecta, quemadmodum & illa: *affirmare, quæ xerat.*

. VIII. *nihil metuo ab externo*) Non video, ur ipſe hic de ſuo metu nominatim agere ebuerit. Quid enim, ſi aliud judicium iſſet aliorum. Suſpicor itaque, ſententiam otuliſſe generatim, *nihil metus ab externo,* o nullus metus eſt ab externo, externum on metuimus.

. IX. *Itaque indignatione*) Ordo turbatior, uia ſenſum facit valde ambiguum & obſcu-m. Eſt autem talis : Itaque vox indicum eſſa indignatione, excepta eſt ſilentio, id t, quia indices per indignationem non no-inaverant Philotam, ideo tacuit exerci-s , nec ſignum de ſe gravioris alicujus

com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

commotionis edidit. Ideo Rex, ut acueret eum in Philotam, ſubjicit, quæ ſequuntur.

gravioris conſilij) de re graviori, cujusmodi eſt & conjuratio; ſed levi, communi & familiari. Ad eam quippe pertinet formula, *veſtri curam agite.*

viliores mihi facerem) id eſt, contemnerem, ut exponit Freinshemius. Quanquam non bene videam, quomodo hic ſtare poſſit illa expoſitio. Agitur hic enim de pœna, quam licet non ſine cauſa poſſet ſumere e talibus, noluiſſe tamen ait. At hoc non eſt contemnere tales, ſed eis potius parcere, delictaque eorum diſſimulando tranſmittere. Itaque *viliores* hic intelligo dempta priori auctoritate, per manifeſtationem criminum ejusmodi, & neceſſario adjiciendam pœnam. Qua ſi ſemel fuiſſent affecti, non poterant deinde haberi digni beneficiorum à rege in eos collatorum. Atque ſic videtur accepiſſe locum hunc & ſcribam codicis Palatini, quia addidit, *contumelia mihi facerem viliores.*

unum præfeci) Mallem, *unum eum præfeci.* Longe profecto cordatior ſic, atque validior eſſet oratio.

qui modo) Alii habent, *quo modo*, alii *qui quo modo*, quod poſterius non diſplicet. Niſi malumus ſervata lectione recepta, puncto interrogationis collocare poſt vocabulum *cauſam*, & illud *qui* pro *quo modo* interpreta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ri, ut cohæreat, *qui cauſam diceret abſens*, eſt, quomodo poſſet dicere cauſam una um filio, cum ſit abſens, hæcque omnia norat.

fuiſſe rediturum) Illud *fuiſſe* à ſciolo adje-um. Nam antecedit, *proditos eſſe*, non *iſſe*.

.X. *cum illi utrimque*) id eſt, ex accuſa-one & defenſione cognita, inquit Rade-s. Atqui nulli tales hic accuſatores. Rex ſe accuſabat. Rei cæteri adeo non accuſa-nt, ut ne nominarint quidem. Mallem itur *utrumque*. Sed quia Mſſ. hoc ignorant, eo vera lectio cenſenda *utique*.

utcunque licet dicere) Neſcio, an non ali-uid hic abſit. Ego certe puto, Curtium ſcri-iſſe, *tamen utcunque cum liceat dicere*, ut ſit ntentia, cum tamen mihi ſit qualiſcunque ndem venia dicendi conceſſa.

qui verebatur) id eſt, qui metuebat ſe jun-ere, inquit Freinshemius. Sed illud *vereri* poni ſimpliciter haud exiſtimo. Itaque um plerique libri Mſſ. conſentiant in vo-m *tentabatur*, eam præferrem. *Tentari* ele-nter dicitur, qui adduci ad negotium dif-ile, neque ſat honeſtum quæritur.

adiſſet, nihil me) lego, *adiſſet, & nihil*, con-nctionem intercepit ſyllaba ultima verbi *liſſet*. Nam ut à Curtio per figuram creda-r omiſſa, cauſa nulla eſt, cum figura nul-m habeat hic uſum, quippe quæ vix ſolet

L ad-

adhiberi, niſi ubi concitate quid dicendu

revertendum mihi eſt) Sic Freinshemiu, putatque rectius, quam quod maluerun alii, *prævertendũ*. Nam, ait in Indice, redit ad id, quod ſupra jam tactum; at nondu ſatis pertractatum erat. Atqui id, de q Philotas in ſequentibus tanquam vero u coque crimine, ab eo nominatum nullo ve bulo. Non ergo potuit ad id reverti. Qua lego, *devertendum mihi eſt*. Sic enim & ali. Ut lib X.c.6. *inde enim devertit oratio*. V tium ex eo natum, quia ſcriptum fuit *rev-tendum*; ſolent enim frequentiſſime in M illæ litteræ commutari.

non cogitato modo, ſed & conſummato) Pr fero, quod habent Mſſ. plerique, *non conſum-mato modo, ſed & cogitato*. Hoc enim, tanqua magis dubium, rectius firmatur emphati illo &. Præterea plus convenit negoc præſenti, cum parricidium non fuerit co ſummatum, & in eo poſitum ſit pondus a gumenti, quod etiam qui meditantur ta quid, non poſſint quiete dormire.

ne te mihi crediſſe pœniteat) propter quod credideris ſine ratione, dabo ecce ca ſas, quibus appareat, merito te hoc feciſ

ſic ego imperio) Præfero, quod eſt in M rulæ editione, *ſic ergo*.

ſi fratrem regis) Mſſ. plerique, *ſed fratre* Unde ſuſpicor, ſcripturam meram eſſe, *ſi fratrem*, hoc eſt, ſi non oportuit diligi eu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

cui non modo alias vir fuit magnus, ſed & legis frater. Vitium ortum ex eo, quia iſtæ voculæ ab inepto librario junctim primo ſcriptæ *ſiet*, dein emendatæ mutatæque in nam *ſed*.

Interim qui regem) Peſſima diſtinctio, quam miror, Freinshemium ſervaſſe. Scribendus locus eſt hoc modo. *Retinete me in vinculis, dum conſulitur Hammon in arcanum & occultum ſcelus interim. Qui regem noſtrum.* Ordo: retinete me interim, dum conſulitur. Nec eſt inſolens etiam optimis ſcriptoribus, illud *interim* ſic rejicere ad finem.

adhibere vobis) Pro *adhibere* mallet Acidalius *exhibere*; ſed repugnat Freinshemius. Neque ego putem in ipſo eſſe vitium magis, quam in voce *vobis*. Cur enim tandem *vobis*? an apud nullos alios hoc in uſu, quam Macedonas ſolos? Atqui res ipſa teſtatur diverſum. Quare putem, ſcripſiſſe noſtrum, *adhibere verbis*, ut ſit ſententia, ſolent non tantum verbis & oratione ſe tueri, ſed cum verbis adhibere etiam parentes, ut eorum præſentia, conſpectu, interceſſione judicem commoveant.

num ullam auctoritatem ejus litteræ habuerint) Hæc verba mihi ſuſpecta ſunt, tanquam gloſſatoris, non Curtii.

C. XI. *Sed per diſpoſitos, quos ad ſomnium habebat*) Pro *ad ſomnum* in aliis legitur, *ſupra ſomnum*, Unde mihi fit ſuſpicio, verba iſta,

 quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

quos ad ſomnum habebat, eſſe & ipſa gloſſat-
ris. Curtius profecto non videtur tali m-
do fuiſſe ſcripturus, ſed vel hoc *ſed per qu*
diſpoſitos ad ſomnum habebat, vel iſto : *ſed p*
quos ad ſomnum habebat diſpoſitos. Et longe a-
ſunt elegantius, cum quo fine fuerint diſp-
ſiti, ex ſequentibus ſatis intelligatur.

per interpretem audire) Hoc eſt, internu-
cium, ſive medium aliquem, ut quidem l-
cus hic accipitur à Freinshemio, quod ex n-
tis ejus liquet. At vero *interpretem* hic int-
ligendum proprie, ac de eo, qui expon
ignotum alterius ſermonem, vel illud oſte-
derit, quod præmittitur, tanquam abſu-
dum, iniquum, ſuperbum de Philota, fuit
natum Macedonem, hominem ejusdem li-
guæ. Ut vix dubitem, quin ſcripſerit Cu-
tius, *per interpretem adire.* Eſt autem *adi*
optimis ſcriptoribus, *agere cum aliquo, neg*
ciorum ſuorum cauſa compellare aliquem. S
ipſe noſter infra lib. VIII. c. 13. *Poſtero d*
legati Abiſaræ adiere regem. Itaque ſententi
Philotam agere ſuperbe etiam in ipſa defen
ſione ſua præſentique negocio, quod con
pellare Macedonas noluerint ſermone pa
trio, verum eo, qui exponi debuerit per in
terpretem.

eundem Jovis arguiſſe) Neſcio quomod
hiulca maleq; cohærentia hæc videntur. F
quid hic nominatim memoratur Jupite
cum proxime anteceſſerit de Hammone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

[V]idetur itaque hic locus ita formandus: *Cur [H]ammonem conſuli vellet eundem, cujus arguiſ[se]t mendacium. Alexandrum filium adgnoſcen[ti]s.* Oratio planiſſima, longeque melior vulgata.

[Q]*cujus cuſtodia commiſſa ſit*) Libri veteres [al]ii, *quæ ejus cuſtodia commiſſa ſit*; alii omittunt [qu]*æ*; alii *cujus cuſtodia.* Veriſſima lectio videtur, *& pecunia, ejus cuſtodia commiſſa, per[fec]tos homines.*

[E] *manibus eorum*) Alii *ipſorum.* Puto, ex [gl]oſſa eſſe annexum, & iccirco, parum huc [ad]mirum faciens, delendum.

[In] *legem ſe ſupplicio*) Ordo: remittere ſe le[g]em conjunctis ſontium. Et hoc quidem [pl]anum. Quo autem pertinet id *ſupplicio?* [Ce]rtum ad *conjunctis*, ut *conjuncti ſupplicio* ſint, [q]ui ſubire idem ſupplicium coguntur. Atqui [n]on ſic hic intelligendi, ſed qui conjuncti [p]ropinquitate. Conjungebantur enim non [e]o ſupplicium idem, ſed ſupplicium idem [ſu]bibant, quia erant conjuncti. Metuo igi[tu]r, ne exciderit particula legendumque ſit: [le]*gem ſe de ſupplicio*, & hoc eo magis, quia li[br]i quidam habent *ſupplicii*, quod illius, *de [ſu]pplicio*, interpretamentum atq; gloſſa eſt.

[An] *noſtrone ſanguine deum fecimus, qui nos faſti[di]at*) Pro *fecimus* libri alii habent *jactat*, alii [o]mittunt plane. Mihi vel ex hoc ipſo, quod [i]n aliis ſit *jactat*, in aliis *fecimus* liquet, neu[tr]um eſſe Curtii, eumque id per retinentiæ

tiæ

tiæ figuram omiſſæ, quod apponendum fu, ut fit in oratione indignantium. Ergo locu ita lego: *Noſtrone ſanguine Deum? Qui* *faſtidiat? qui gravetur mortalium adire con-* *lium?* Debent omnia intelligi, ut dicta ſui, per indignationem. Cur, ait, nos faſtidit, ci tamen eum Deum fecimus? Et cum ipſum fecerimus, cur non facere & nos poſſimu, modo velimus eſſe viri, nec ferre Alexand has injurias, & vel per cædem ejus ulciſ. Neque eſt, ut metuamus pœnas. Quis enim proavum ejus, quis deinde Archelaum tus eſt?

repræſentaſſe) Plerique habent *repræſen-* *re.* Unde ſuſpicor, ſcripturam veram, *rep-* *ſentare ſe conſilium*. Librarius ineptus juncti ſcripſit iſta duo vocabula; inde vitiū exort.

recuſaret. Illi) Puto & huic loco accidiſ, quod ſuperiori ſcribendumque eſſe, *recuſa*, *Et illi conlocuti* &c. Debet ſane τὸ *recuſare* perioribus reſpondere. in iis vero *repræſen-* *re*, non *repræſentaret.*

AD LIBRUM SEPTIMUM.

C. I. O*fficii ſpecie*) fuit enim ex armige regi, ut patet ex ſequentibus. Solebant autem hi per vices comitari rege, corpus ejus cuſtodire, & vigilias ſerva, qua de re ſupra lib. V. c. 1. Atque de hac ce intelligendum, quod ſequitur, *mirante*

qu

quod non vice ſua tali fungerentur officio, id eſt non eo tempore, quo tetigiſſet eos ordo, ſed ...io, & extra ordinem.

utcunque præſens movit adfectio) Valde mi... hoc eſt ſuſpectum. Et quis credat, voluiſ... Curtiũ, cum præmiſiſſet, ad omnes *adfe...us*, denuo repetere *movit affectio*. Adde, ꝙ nil ...ovi dicatur. Malo itaq; hęc omnia, *vitupera...us, laudamus, miſeremur, iraſcimur, utcumq; ...æſens movit adfectio*, pro gloſſa habere. Cum ...ræſertim vox *affectionis* ipſa parum ſit pro...ata, ſaltem parũ uſurpata noſtro tali ſenſu.

ab illo traditi) Cui Alexandro, ſine dubio, ...dque per commendationem. At verbum ...*radi* abſolute ita poni, neſcio an ſit receptũ. Quid ſi Curtius ita ſcripſit, *qui placere vellent ...ibi? Tibi ab illo traditi*, annon concinnior & gravior eſſet efficaciorque oratio? Quis au...em non videt, potuiſſe ineptum librarium ...mittere illam voculam, tanquam male re...petitam.

ſed detrectantes) Hos ergo perducere de...buit, nullosque alios; quis autem hoc credi...derit? & noſter generatim ſupra lib. IV. c. 6. *Amyntam in Macedoniam ad inquiſitionem novorum militum miſit*. Itaq; ſic eſt legendum, *ſed & detrectantes*. Excidit conjunctio, hic neceſſaria, ad emphaſin, per ſimilitudinem antecedentium ſequentiumque literarum.

C. II. *At hac*) Non video, quid adverſativa præpoſitio hic faciat, niſi dicas reſpici,

quod præceſſit, voluiſſe omnes ſaxa in eu[m] jacere; hic contra eidem aſſentiri. Quia [ta]men diſtat longius, ſuſpicor ſcribendun[m], *Ac hæc.*

ea præcipue regum) Freinshemius put[at] *præcipua* legendum. At vix perſuadet, reg[es] non habuiſſe alias voluptates majores. Co[n]tra facilius eſt, ut credamus reges ſatrap[as]que potiſſimum ejusmodi nemora conſev[iſ]ſe. Superat enim hoc negocium facultat[es] tenuium & privatorum.

C. III. *pervenerat cognoſcit*) Oratio male c[o]hærens, Mallem poſt *pervenerat & cognoſcit*

Itaque Caranum) Deeſt verbum, quod [et] Freinshemius obſervavit. An ſcripſit: *Mit[tit] itaque*, hocque propter literarum ſimilitud[i]nem in voce *itaque* intercedit?

ad medium) Hoc *ad medium* ex gloſſa n[a]tum, mea ſententia, & ejiciendum. Nu[n]quam ſane ſcripſit Curtius; *ibi ad mediun[m]* ſed qui legit *ibi*, exponendum putavit pe[r] *ad medium.*

ut ne avium quidem) Velim ſcire, quid hi[c] aves faciant, aut quænam earum extare po[ſ]ſint veſtigia in terra. In Mſſ, quod ſecutu[s] Merula, legebatur *hoim* cum ſuper ſcript[a] lineola, quod videtur *hominum* ſignificare. At hoc falſum eſſe, docent præcedentia. Suſpicor, libros veteres compendioſa ſcriptura habuiſſe *anium*, pro *animalium*, quod cum librarius non intelligeret, fecit *avium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

in hac tamen omnis) Hoc *tamen* mihi valde ſpectum eſt. Quid enim vult *tamen deſtitu-u*? Nam *pertulit* longius abeſt, quam ut eo ommode trahatur. Mallem, *in hac tam omnis*. Et poteſt liberarius illud *tam* putaſſe ompendium τȣ̃ *tamen*. Nam *tum* Freinshe-ii non placet ideo, quia ſine dubio ne poſt-a quidem ea regio magis culta.

VII. *millibus Seniorũ & Macedonũ, praeterea ilitibus*) Placet emendatio Freinshemii, ro *militibus*, *inutilibus* legentis, & delen-s ſequentia, *quorum opera uti deſiſſet*. Nem-e hoc gloſſema eſt illius *inutilibus*. Quod item *ſeniorum*, mutat in *ſervorum*, haud erinde poteſt placere. Unde enim illi ſer-i, & cur ex ſervis conderet civitatem, aut uæ denique potuit eſſe concordia inter ſer-os, & Macedonas? Itaque τὸ *ſeniorum* re-nendum. Duplex genus memorat, ex quo vitas illa debuit conſtare, unum Macedo-um eorumque veteranorum ac ſeniorum, terum gentis cujuslibet & inutilium. Sunt utem *inutiles* hic intelligendi non ob æta-em, ſed corpora vulneribus mutilata & orrupta. Quo ſenſu uſurpavit & Pacatus, t in notis ad eum à me pluribus eſt demon-ratum. Adde noſtrum infr. lib. X. c. 1, 25

C. IV. *In his audientium*) Freinshemius vult *t his*. Mihi videtur ſcripſiſſe, *tam his*, & mox, *um conſilium aperit*. Vel, *Interim his*, ſervatis æteris.

quod diutius exſequi) Non conſilium, h[...] hanc rem, hoc quod dixi, eſſe ſcilicet conſ[...]um fidele, demonſtrare ac probare pluribu[...].

C. V. *nefaſtum in Beſſum*) Quid hic *ne-ſtum*? Nefaſtum eſt à feſto, cujus neſcio q[...] poſſit eſſe in his locus. Itaque alii maluerunt *nefas tum* diviſa voce. Verum & particu[la] *tum* hic plane otioſa. Itaque vix dubito, qu[in] ſcripſerit Curtius *nefarium in Beſſum*.

quam ſpoliis) Mſſ. *quam è ſpoliis*, quod neſcio cur non maluerint recipere in textum, cu[m] ellipſis hic admodum ſit dura. Cogitandu[m] tamen, annon ſcripſerit Curtius, *quam ſpo-*[li]*um occiſi regis induerat.*

non Dario iniquos fuiſſe) Deos puta.

etiam hoſtis adjuviſſet) Quomodo hoc p[er]tinet ad probandos deos propitios? dic[...] quia eo hoſtes impulerunt. At hoc ver[bis] iſtis indicandum erat. Ac fortaſſe indica[ve]rat Curtius, ſed verba ſunt corrupta. Su[a]det, quod in Mſſ. prope omnibus pro *ad-viſſet*, legitur *adjuviſſent*, quo haud dubie i[...] reſpiciebantur. Sed ſic *hoſte* ſcribendum. *A[d]juviſſent hoſte*, pro *adjuviſſent cum hoſte*, id e[ſt] per hoſtem, quod loco huic eſt maxi[me] conveniens.

apud ipſum militarent) Scribo *militarat*, vel *militabant*.

Proditis ergo) Mileſiis puta. Hos eni[m] vel potius theſauros templi apud eos pro[di]derunt. Sed cogitandum, annon ſcripſe[rit]

noſt[...]

oſter, diſtinxeritque, *Vetus odium Mileſii gerebant in Branchidarum gentem proditi. Ergo pe iniuriæ &c.*

. VI. *jungit, Cyropolim ut ante dictum eſt, obſidentes*) Quid eſt *jungit obſidentes* & quando ixit Meleagrum & Perdiccam obſidere yropolim? Cratero ſupra datum fuit hoc egocium. Quare ſuſpicor ſcripſiſſe noſtrũ *ſidenti*, hoc eſt, Meleagro, natum autem ſſe vitium ex eo, quod *s* litera ex ſequenti ocabulo huic adhæſerit, factumque ſit *obdentis*, mox à correctore emendatum ſcilicet, mutatumque in *obſidentes*. Verum reugnat emendationi huic, quod Meleager & Perdiccas juſſi obſidere urbem. Memaenorum. Itaque ſequitur de Alexandro oſt occupatam Cyropolim, *ad Meleagrum & Perdiccam redit*. Itaque non eſt dubium, uin poſt *obſidionem*, vel *jungit*, aliqua excierint, quod & Freinshemius eſt ſuſpicatus.

C. VII. *Primus cum hac gente*) Hoc *primus* merito ſuſpectum habent, quoniam non onvenit hiſtoriæ. Saltem Alexandrum fuiſſe primum, qui ad bellum cum Scythis ante haud proviſum gerere debuerit, unde probabitur? Neque poteſt illud *primus* aliter exponi, niſi in hunc ſenſum. Mallet igitur Freinshemius pro eo *primum* legere. Mihi male adglutinatum huic periodo videtur, ac ſimul ſcribendum *primis*, tali modo. *Rurſus qua ad Tanaim & Bactra ſpectant, humano cul-*

tu haud diſparia ſunt primis. Cum hac gente &c.
Ubi per *prima* puto intelligenda Orientⷶ
Scythiæ, de quibus primo loco dixit. His a,
iſta eſſe haud diſparia humano cultu, ho
eſt, quoad cultum humanum, ſeu eode
modo coli.

alieno Marte experiuntur) Libri quida
habent: *alieno Marte experiuntur haud dub*
fortuna, vel, *haud dubie fortunam*. Unde co
ligit Acidalius, Radero etiam Freinshemi-
que probantibus, ſcribendum: *alieno Ma*
experiuntur, haud dubia fortuna, Si omiſerim,
ut ſit ſententia; Bactrianos animum Mac-
donum alieno periculo experiri, neq; fort-
nam belli extimeſcendam habere, qui ea
tentent diſcrimine aliorum. Sententiam i
telligo, at eam eſſe verborū Curtii, necdu
video. Quid enim? *non dubia fortuna*, eſt *fo*
tuna non extimeſcenda? Poteſt etiam adve
eſſe non dubia. Non dubia enim non opp
nitur malæ, ac propterea non extimeſce
dæ, verum certæ, ſive bona ea ſit, ſive mal
Itaque id *fortuna* rectius abeſt ab aliis cod
cibus. Nimirum natum eſt ex gloſſa, qu
quis id *alieno Marte* explicaverat, oſtend
ratque, idem eſſe, ac *aliena fortuna*. Hinc fa
ctum, ut deinde alii ad id *fortuna* alieno lo
co inſertum vocem *dubie* mutarent in *dubi*
mox reſpicerent ad verbum *experiuntur*, &
formarunt in *fortunam*. Neque mihi dubium
quin lectio ſit veriſſima, quæ à Freinshemic
publicata.

exto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

extorum interprete uti metu ſuo) Probo, ſnſus eſt : ex metu ſuo, hoc eſt, ad ſeu ſecndum metum ſuum, uti interprete extorm, ejusq; interpretationem eo accommocre, ut inde habeat præſidium in metu ſuo.

(VIII. *ut intriduum*) Quid quæſo eſt, *intriuum*? an *ad tres dies*, quomodo & *in annum*, *menſem* dicitur? At noſter hoc non vult, rum illo ſpacio confectas eſſe rates. Ergo ſe dubio ſcripſerat Curtius, *ut intra tridu-*. Sed quia litteræ tres ultimæ vocis *intra* ſniles erant vocis ſequentis initialibus tribs, ideo à ſcriba inepto ſunt deletæ.

modicus) Hoc etſi legatur in plerisque, tmen mihi gloſſa videtur ſequentis, *haud qaquam famæ par*. Juvat conjecturam, quod cinon intelligerent, quo illud *modicus* pertieret, adderent, alii *annis*, alii *animis*, ut ex lris apparet.

ſtultus eſt, qui fructus earum (arborum) *ſpet, altitudinem non metitur*) Tanaquillus ber in Epiſtolis Criticis legit *affectat*. Ego cbito, an opus ſit mutatione, Curtiusque ſripſerit aliter, quam vulgo legitur. Certe iem, quod hoc loco, alibi quoque ei denotr *ſpectare*. ut lib. V. c. 1. ubi ait : *prædam opimam paratamque ipſum & milites ejus ſpectare*. ideturque τὸ *ſpectare* opponi eleganter τῷ *metiri*, cum ſit nihil aliud, quam *oculis metiri*.

haſta cominus) Quid hic haſtam memort, cujus nulla mentio eſt facta inter dona?

num

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

num intercidit ejus nomen? Agnoſcit ſa
Bongarſii codex & non nulli alii inter ea.

bellare ceperunt) Mallet Freinshemius
bellare ceperunt. Mihi videtur ſcriptum ini
fuiſſe, *bellare receperunt*, idq; *recipere* hic ſig-
ficare idem, ac *denuo incipere*.

C.IX. *ſequuturum*) Hoc *ſecuturum* mihi a-
modum ſuſpectum eſt. Qualis enim hęc o
tio: *fortuna ſua & conſiliis ſuorum ſe uſurum*
Sequitur ratio, *nam ſequuturum*? atqui h
non ratio, ſed commemoratio propoſi
Quare ſuſpicor, hoc natum ex gloſſa ſup
rioris, *ſe uſurum*. Puto autem Curtium
ſcripſiſſe: *Rex fortuna ſua & conſiliis ſuorum*
ſe uſurum reſpondit, nam eſſe & fortunam, c
confidat, & conſilium ſuadentium, ne quid tem
re & audacter faciat. Sententia elegantiſſim
Eſſe ait, ſcilicet ſibi fortunam iſtiusmodi, c
poſſit confidere, ut non ſine cauſa eam r
ſpiciat, quemadmodum & conſilium eju
modi, quod queat utilia à noxiis diſcerner

Scutorum teſtudine armati) Hoc *arma*
quoque ſuſpectum mihi, tanquam non Cu
tii, ſed gloſſatoris. teſtudo ſane non arm
proprie, ſed tegit. Neque poteſt bene ad pr
cedens *reliqui* referri, tanquam longius diſ
tum, & ſi referatur, otioſe adjunctum ſi
habiturum.

utres ſtramento repleti) Libri alii *ſarmen*
quod præferã. Unde enim tantũ ſtramen
in regione, quæ cultum agrorũ ignorabat

Suſp

ſpicor tamen & hoc à gloſſatore additum ſuperioribus.

. X. *Ingens ſpacium recta regionis eſt*) h. e. gionis oppoſitæ priori, qua patet in longum. Vide lib. VIII. c. 9, 2.

.XI. *indicaret inſolentiam*) Nihil variant c libri veteres, neque tamen ſcio ſatis, an ſanum illud *indicaret*. An ſcripſit, *judicant*, ſubintellecto vel etiam addito, *diceret*. oteſt namque fieri, ut alterum propter alrius ſimilitudinem ut ſupervacuum fuet omiſſum. Eſtque elegans ſententia: Illis, m quibus conſultare erat ſolitus, dixit, jucarent interim ipſi inſolentiam barbari, uam nempe gravis ſit & intolerabilis. hoc s munus ſe committere. At vero ſeipſum ſervare ſibi, ut oſtendat nocte proxima, uod hoſtes crederent factu eſſe impoſſile.

inveniatis viam) Dubito, an ſit Latinum, *a ferens aditus*, & *viam* ſuſpicor ex gloſſa eſ- vocis *aditus*. Itaque ſic lego: *invenietis, ſi erter rimati fueritis, aditus, ferentes ad cacumē* ro *ferentes* in antiquis eſt *ferentis*, ſolita ſcriendi ratione. Id quia caſum putarunt ſeundum, ideo & vocem *aditus* hoc caſu acpere. Cumque ſic oratio evaderet muti-, oportune velut illud *viam* ex gloſſa eſt inrtum.

quum cuneos inter ſaxa defigerent, quis gra-us ſubinde inſiſterent) Freinshemius, quia

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

eſt in Mſſ. *gradus ſubinde quis*, putat legen-
dum: *quum cuneis inter ſaxa defigerent grad*
ſubinde, quis inſiſterent. explicatq; *cuneis defi*
fecerunt gradus. Rem intelligo, non perin
& verba. An enim *gradus defigere cune*,
eſt *gradus facere per cuneos defixos*? Aliud pr
fecto *defigere cuneos*, & aliud *defigere grad*.
Nec juvatur loco Livii, quum & ipſe *clav*
figentes velut gradus feciſſe ſcribat, non *fix*
gradus. Itaque fuerit optimum delere ur
cam litetam *s* in voce *gradus*, quæ ipſi ma
adhæſit ex initiali ſequentis *ſubinde*, cæte
ſervare omnia. *Inſiſtere gradu cuneis* elega
tiſſime optimeque dicitur de iis, qui ped
in eis collocarit enitentes gradu in altum.

fumum ſpecus infra ſe ipſos evolutum) M
dius, *evolutum & os ſpecus*. Suſpicor, ſcript
ram veram, *fumum, ſpecus infra ſe ipſum*
evolutum. Sententia, eniſos in tantam alt
tudinem, ut ipſum quoque os ſpecus eſſ
longe infra eos, per quod fumus evolv
batur.

multitudo detitiorum) Aut *dedititiorum*
aut *deditorum* eſt ſcribendum, & utrumqu
in libris vetuſtioribus reperitur.

AD LIBRUM OCTAVUM.

C. II. *SOlitudo exciebat*) Neſcio, an ita ſcri
pſerit Curtius, cui fere ea dicuntu
exciri, quæ evocantur cum difficultate, ob

ſtan

oſtantibus quoquo modo iis, quæ quærun-
ir. At Alexandri pœnitentia erat parata,
odo libertati ejus nil obſtaret. Libri alii
ibent *excipiebat*, unde ſuſpicor, *exhibebat*
ribendum.

tergo petra claudebat) In Palatino eſt, *ter-*
petra clauſerant. In Bongarſiano & aliis,
rgo petra claudebant. Suſpicor itaque lectio-
em veram; *terga petra clauſa erant*, vel *terga*
tra claudebat.

IV. *retinere arma lubrica & rigentes manus*)
uid quæſo eſt *retinere manus rigentes*? Non
nim, quale *retinere arma lubrica*. Ergo con-
nctio hic delenda, aut ſcribendum, *retinere*
ma lubrica & rigentes manus, quod utrumq;
libris antiquis legitur, ſed frequentius po-
erius, in quod iccirco, tanquam rectius,
agis propendeo.

quum undique tempeſtatis violentia major,
uam vitabatur occurreret) Hoc vult, in
uamcunque partem ſe vertiſſent, ut vita-
ent violentiam tempeſtatis, in ea occurriſ-
propemodum majorem violentiam, ut
rior fruſtra evitata videretur,

ita matrimonij) Hoc *ita* non videtur ido-
eum, licet. Raderus explicet per eodem
odo, quo Achilles matrimonium contra-
it. Mallem ita diſtinguere ac ſcribere to-
m locum: *Achillem quoque, à quo genus ipſe*
nceret, cum captiva coiſſe, ne inferri nefas arbi-

trarentur. Et matrimonij jure velle jungi. V *Et ita matrimonij jure velle jungi.*

C. V. *clypei militares*) Hoc *clypei* eſt inte pretum. Veteres habent *pereti* vel *periti*, u de Freinshemius: *Periti militare auro & eb re fulgere dicebantur.* Sed cur hic *peritos* p militibus noſter uſurparit? Num ſcripſit p tius hoc modo totum locum. *Dives reg habebatur, non auro modo, ſed gemmis quoq margaritisque. Ad luxum magis, quam a magnificentiam exculta aperiri. Militares a ro & ebore fulgere dicebantur.* Vel potiu *Ad luxum magis, quam ad magnificentiam e culto operiri militares, auro & ebore fulgere d cebantur.* Hoc eſt, operiri ſive tegi milit res eo, quod excultum eſſet magis ad lu xum, quam magnificentiam, Intelliguntu autem omnia, veſtes pariter ac arma.

aulaam, qua lectos obduxerat) mallem *au lea, qua lectis obduxerat.* Vide infra IX. cap 7, 15.

C. VI. *nullius poteſtas*) Suſpicor, ſcripſiſſe Curtium, *nulli poteſtas*, quia video, in aliis legi *nemini*, quod ſine dubio ex gloſſa eſt. Fa ctum autem cenſeo *nullius*, quia itidem per gloſſam aliquis vocabulum *poteſtas* explica verat per *jus*. Ita natum primo *nulli jus po teſtas*, & deinde junctim *nullius poteſtas.*

in quo deperibat) Frobenianus codex ha bet, *in quod deperibat.* An legendum: *Qui quum laceratum corpus id, quod deperibat?* Ac cede-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

haberet ſermoni elegans quædam emphaſis. Sane *deperire in re aliqua* num receptum ſit Latinis, dubito, vellemque videre exempla.

Forte autem) ex Baſilienſi codice videatur hic legendum *ſorte*, nihil enim in hac excubatione fortuitum. Verum *ſorte* quoque non eligebantur, ſed habebant omnes certasque vices, quod ex lib. VII. c. 1. apertum eſt. Itaque id *forte* debet accipi de eo tempore. Tum, cum Hermolaus ita caſtigatur, accidit, ut aliis aliisque vicibus vigilias agerent, & ob id facinus meditatum expedire non poſſent.

Quia inſtinctu) cujus? videtur quid abeſſe. Sed nec cetera hujus loci ſatis clara. Cur enim additur ſupra *ut creditum eſt*? Alterutrum neceſſe erat non videri, ſed verum eſſe, vel, ut attonitæ mentis eſſet, vel ut prædiceret inſtinctu divino. An ſcripſit: *Quum mulier attonitæ mentis converſari in regia ſolita, quia inſtinctu divino videbatur futura prædicere.*

Quam humana mentes) Hæc vero pars ſententiæ falſa eſt. Non enim cujuslibet mens ſpem fovet pertinacem. Quorundam mentes deſperant facilius. Sed nec *devovere ſpem* receptum puto. Lego: *Adeo pertinax ſpes eſt, quam humanæ mentis ingentes concupiſcentiæ devorarunt.* Et in emendationem hanc conſentiunt codices pleriq; veteres.

conlaudatisque) Mallem, *collaudatis quique.*

quia ceptis deos obſtare credebat)Cur hoc?qu credo Alexander revocatus fuit à mulier, quæ divino inſtinctu agi credebatur.

excitatisque cuſtodibus corporis) Atqui vigilias agere ac in ſtatione eſſe hi ſolebar, quod apparet ex ſuperioribus. cur ergo h excitantur ? Puto Curtium ſcripſiſſe, *ex tisque cuſtodibus*, hoc eſt, *evocatis*. Nam ſt tiſſe Eurylochum cum Epimene in veſtib lo regiæ, veriſimile eſt.

C VII. *quum morti olim deſtinatus ſit*) No capio ſenſum hujus loci. An enim hæc e cauſa, quod à nemine dicatur conſcius fuiſ cædis, quia jam ante morti fuit deſtinatu Quid ergo hac reticentia ei profuerunt?N mo parcit morituro, inquiebat ſupra Phil tas. Malo igitur, *quanquam morti olim deſt natus*. Vitium ex eo, quod in *quamquam* alterum *quam* putarunt otioſe repetitum, a iccirco omiſerunt. Deinde ut orationis ſer ſui conſuleretur, ex *quam*, *quum* eſt factun Sententia elegantiſſima. Licet ſciamu morti eum à te deſtinatum, neq; poſſe eun liberari ullo noſtro ſilentio , nemo tamen eum nominat. Cauſſa, quia innocens eſt, ne conſcius hujus cœpti.

de cetero parce , *quorum orbam ſenectute ſuppliciis ne oneraveris*) Locus admodum co-ruptus. Nam ſive legas ; *de cetero parc*

alic

liorum orbam &c, quod volebat Bongarſius, ve *parce his* , *quorum* &c, quod volebat aderus, ſive *parce parentibus* , *quorum* &c, uod volebat Freinshemius, ſententia nulla lonea erit. Quid enim eſt, *quorum ne oneaveris*? Τὸ *ne oneraveris* petentis eſt perinde, t illud *parce*; at in iſto *ne oneraveris* ratio debebat poni petitionis. An legendum: *de caro per te horum orbam ſenectutem ſupplicis, ne neraveris*?

C. VIII. *Adſuetis nihil vilius hac videre materia, volui oſtendere*) Non poteſt eſſe dubim, quin legi debeat *videri*, ſive Typograhi, ſive alterius culpa hoc ita editum ſit in ditione Freinshemiana.

C. IX. *utque rubro mari accipitur*) Quid ult hic illud *utque*? Scribo totum locum, & liſtinguo hac ratione: *Inde eum objectæ rupes nclinant ad Orientem, atque rubro mari accipiur. Findens ripas* &c.

ita alendis frugibus) Quonam ſpectat illud *ita*? Debuerat præceſſiſſe *ut*. Neque ſolet per ellipſin temere omitti. Quare neſcio an non noſter *& alendis* ſcripſerit, dein illud *a* n fine ſit adjunctum ex initio vocabuli ſequentis, denique mutatum in *ita*.

quum rex ſane) Hoc *ſane* neſcio an ſanum ſit. Ecquid enim hic faciat, vel quo fine aut efficacia hic ponatur? Mallem igitur, *quum rex ſeſe*.

inter quos ramis aves pendent) Quid? an

inter corporis cuſtodes ? quomodo a
tem inter eos pendeant, ut ubi rami ii,
unde ſunt ſuſpenſi, cum præſertim cuſtodes
illi dicantur ſequi? Metuo ne, quod & ali
factum, verſus ſint transpoſiti, hæcque v
ba intruſa loco alieno, atque ſic ſcribend
*Aurea lectica margaritis circumpendentibu
recubat, inter quas ramis aves pendent, quas c
tu ſeriis rebus obſtrepere docuerunt. Diſtinc
ſunt auro & purpura carbaſa* &c. Sane ver
ſimilius, aves iſtas fuiſſe ſuſpenſas circum l
cticam, quam alio loco.

venatus maximus labor eſt, incluſa) Qu
modo hæc cohærent: *Venatus labor eſt fige
animalia?* Debebat ſaltem intercedere co
junctio poſt *labor eſt*, ut reſponderet ut
que, & diceretur, venatus labor eſt, item
figere animalia labor eſt. Quanquam cu
ſic nil dicatur novum, vox *venatus* gloſſat
ris, non Curtii eſſe videatur.

C. X. *Lauri baccaque*) Non eſt mihi dub
um, quin hoc *baccaque* ſit vitioſum. Quo
modo enim *ſylva bacca* poſſit dici? Latet a
boris vocabulum ſub eo, quod quale ſi
nunc non excogito.

aque uſta & deſtituta) Recte illud *uſta* pu
tant vitioſum, quod autem pro eo *vaſta* ſub
ſtituunt, neſcio, an perinde recte faciant
Senſum ſane, quem habere debeat accom
modatum cæteris hujus loci, non intellig

Mihi

ſihi potius videretur, ſi legeretur, *aque acua.*

oppreſſisque & qui exſpectaverant) Bongar-i pro *& qui* habet *urbi non*, unde ſuſpicatus ſt, *ubi non*. Sed ſic in ſequentibus *omnique* egendū eſſet, ut omnia inter ſe cohærerent. Habent tamen illud *urbi* etiam alii libri, ut abeſſe aliquid neceſſe ſit. Legerem ſic to-um locum, poſito poſt *oſtendit* puncto: *Op-reſſi ubique, & qui exſpectaverant hoſtem, mni clade perdomiti ſunt*. Sententia apertiſ-ma.

ſimulque terra humore diluta) Scilicet vin-ulum lateri. Duplex enim recenſetur, pri-num lapides, alterum terra diluta humo-e, quomodo hodieque luto ita macerato itunturinter lateres. Nec hic quidquam nutandum. Nam quod ſequitur, *ne tamen niverſa conſideret*, non de *terra*, ſed *materia* lebet acipi.

& pervios fecerant) Cur autem pervios? repugnat hoc naturæ munitionis, quæ fit ideo, ut via in oppidum ſit nulla, niſi ubi op-pidani volunt. Itaque mallem, *& impervios fecerant*. Nempe per muros enitentibus ob-ſtabant iſta tabulata, projecta, ultra mu-rum, ut comprehendi non poſſent, neque ſuperari.

C. XI. *circumitu, qui fallerent hoſtem*) Non eſt locus hic ita ſanus, ut de eo nil debuerit moneri. Ecquid enim, *qui fallerent*? Non

hi, ſed leviter armati eo miſſi, miſſi autem via non recta, ſed circuitu. Additur cauſa, nempe ut fallerent hoſtem, nec ab eo ſerrentur. Scribo igitur; *quo fallerent*, vel *ut falleret hoſtem*, quod & Freinshemio placuit, nunc demum animadverto.

interceſſerent manus) Miror, ſic edidiſſe Freinshemium, cum *inceſſerent* habeat in Indice, quod ſine dubio eſt rectum.

C. XIII. *in regionem inſulæ*) Scio, regionem alicubi ſignificare noſtro locum qualemcunque, nec tamen video, cur voluerit hic *regionem inſulæ* uſurpare. Potius ſuſpicor ſcripſiſſe, *trajicere amnem cum ceteris copiis regione inſulæ, de qua ante dictum eſt, parabat.* Vitium videtur ortum ex eo, quia omnia junctim *eregione inſulæ* fuerunt ſcripta. Quod non intellexerunt, qui non animadverterent inſulam jam ante fuiſſe captam ab Alexandro, & ex ea paratum tranſitum in littus.

in ordines juſſit) quis? Alexander ſine dubio, ſed illius mentio nulla in proxime præcedentibus, ut huc poſſit trahi, nec idonea ſatis eſt ellipſis. Quare puto potius ſcripſiſſe noſtrum *juſſi.*

C. XIV. *hoſtium tenus*) Hoc *tenus* etiam Freinshemio ſuſpectum fuit. Neque tamen video, quid poſſit ſubſtitui, niſi velis, *hoſtium cuneos.*

acerrime pugnam cientem) Hoc quoq; non placet Freinshemio, cum non videatur Porus,

..is potuiſſe pugnam ciere primum, & poſt ..emum aciem inſtruere. *Ciere pugnam* pro..cto vix dicitur, niſi præſens & pugnans ..ſe. At Porus hic pugnabat non ipſe, ſed ..er Hagen fratrem, quem præmiſerat cum ..tis copiis, ut liquet ex ſuperioribus. An.. ..ripſit noſter, *cientes*, ut referatur ad *cuneos*, ..a *cientium*, ut reſpiciat *hoſtium*.

..*poſt eos poſuerat pedites ac Sagittarios tympa..a pulſare ſolitos*) Quid? an pedites & Sagit..arii ſolebant tympana pulſare? quomodo ..rgo emittebant Sagittas? Scribo, *ac Sagit..arios, ac tympana pulſare ſolitos*. Suadet, quod ..ympana Indis dicat fuiſſe loco tubarum. ..ubas enim non promiſcue habebant mili..es, ſed tubicines.

..*tam pavidum ad omnia animal*) Freinshe..mius hoc ait explicandum] de inſolito tu..multu ac ſpecie. Quod non poſſum probare. ..Verba enim generalia ſunt, nec ad illum ..modo referuntur tumultum, qui tum fuit. ..Adde, quod ſit admodũ emphaticũ illud *ad ..omnia*, nec de illo ſolo tumultu poſſit intelli..i. Deniq; verum potius ſit contrarium, hoc..ue ipſo equi bello velut nati, quod ſint ge..eroſi, neque facile metu perturbentur. Ita..ue non dubito, quin noſter ſcripſerit: *tam ..inpavidum ad omnia animal*. Particulam *in..* ..nte *pavidum* abſumſit littera *m* ultima præ..cedentis vocis, totidem conſtans lineolis, &

adjuncta ſequentibus, ac ob id alteri reddi ſpeciem ſupervacuæ delendæque.

in ipſa morte novi ſupplicij) quo afficiebatur correpti, manu elephanti traditique gentibus. Hoc enim intelligendum puto

AD LIBRUM NONUM.

C.I. N*Obilitate conjunctis*) Non rejic, magis tamen credo, Curtium ſcripſiſſe *conjuncti*, litteramque *s* adjunctam ex vocabulo ſequenti *ſed*.

naturæ obſtantes difficulates) Mallem *naturæ obſtantis difficultates*. Vulgata lectio ex videtur, quia illa ſyllaba finalis *is* non ra apud noſtrum reperitur ſcripta pro *es*, quo & hic putarunt factum, cum præſertim ſ queretur *difficultates*, ad quod retulere.

C.II. *in anguſtiorem alveum eliſa*) Quæna hic *eliſa* flumina? num *emiſſa*? quis vero ta ſenſu vidit uſurpatum hoc vocabulum? V poſſum ambigere, quin noſter ſcripſerit, *in anguſtiorem alveum clauſa*, vel *incluſa*.

C.IV. *Jamque lævam, qua clypeum ad ictus circumferebat, laſſaverat*) Quis laſſaverat? Alexander. qua re? circumferendo clypeum Sic poteſt locus accipi. Suſpicor tamen, *laſſaverant* ſcripſiſſe, ac retuliſſe ad hoſtes.

C. V. *gloriæ ſuæ non refragatus*) Cogitandú, annon verior ſit lectio, *non refragaturus* iſto ſenſu; ſi hoc verum fuiſſet, non obſtiti

ſe

et ipſe gloriæ. ſuæ nec negaſſet, ſe tum fuiſ-
: præſentem.

quæ ſemel continerent) Sententia, eos non
pus habere aliis, à quibus teneantur, qui ſe-
pſos citra ipſorum miniſterium poſſint
ontinere. Sed in Mſ. eſt *contineret*, unde
rope ſuſpicor ſcripſiſſe Curtium, *quia ſemet
ontineret*, cum generalius prolata ſenten-
ia non ſtatim neceſſe ſit, ut ad Alexandrum
pplicetur.

. VI. *qui quidem hanc benevolentiam veſtram
irtute, meruiſſe me judico*) Satis hic magni-
ice de ſe Alexander, nec pro cætera mode-
tia, quæ eſt in oratione hac, ut conditione
rgumenti, ut non parum dubitem, an ſic
cripſerit noſter. Accedit, quod in Mſſ. ſit di-
erſitas, aliaque habeant, *meam quidem*, alia
neam & quidem. Puto igitur ſcripſiſſe no-
trum: *Ceterum non eadem eſt cogitatio eorum,
ui pro me mori optant, & mea, qua quidem
anc benevolentiam veſtram meruiſſe me judico*.
Conſidera, & liquebit, nihil aptius potuiſſe
lici. Quod autem vocabulum *virtute* in-
ertum, id factum ex gloſſa, qua quis expli-
abat illud *qua*, cum ignoraret ad *cogitatio-
nem* eſſe referendum.

C. VII. *certamen expoſcerent*) Qui? Nam
certare, niſi unus Horrates, non propoſue-
rat quisquam alius in ſuperioribus. Legen-
dum igitur, *expoſceret*.

C. VIII. *qua iter in regnum erat*) Locus ob-
ſcu-

ſcurus, etiam Freinshemii ſententia, ci
propterea mallet legere, *qui iterum regnu*
erat Sami. Ego non repugno, tantum in
dubia dico, videri verba iſta, *qua iter in r*
gnum erat, eſſe interpretis, qui volebat in
care, quomodo is quartus dies, de quo pr
ceſſit, debeat intelligi, nimirum poſtquar
veniſſent in regnum Sami. Colligo, qu
Mſ. habent, *quod in regno*, vel *in regnum*, ſuſp
corq; verba olim ſic fuiſſe formata, *quo itu*
in regnum erat, Vel ſi Curtii ſunt ipſius, omn
no conſtitui hoc modo oportere: *Quar*
deinde die, quo itum in regnum erat, ſecun
amne pervenit ad oppidum Sabi. Vel. *Quar*
deinde die, qua ei iter in regnum erat, ſecun
amne pervenit ad oppidum Sabi. Porro *Sabi op*
pidum intelligo, ubi degebat ipſe, ac ſedem
habebat ſuam.

C. IX. *in campos paulo ante ſiccos deſcendere*
Vix integram hanc exiſtimo lectionem.
Deſcendit enim, quod ex ſuperiori loco ve
nit ad inferiorem. At mare tendebat ad ſu
periora, ideoque intumuiſſe dicit. Vera le
ctio eſt opinione mea: *paulo ante ſiccos eſcen-*
dere. Verbum *eſcendere* uſitatum optimis
ſcriptoribus hoc ſenſu.

dum remos aptari prohibebant, conſederant]
Acidalius: *dum conſiderent, remos aptari pro-*
hibebant. Cui facile adſentior in cæteris, at
pro *conſederant*, *conſiderent*, ſcribendum, non
exiſtimo. Putabat is hunc eſſe ſenſum, pro-
hibu-

buiſſe remos aptare, nec curaſſe, dummo-
poſſent conſidere. At nō ea mens ſcripto-
. Hoc vult, eo ipſo, quia ante tempus con-
derant, injectum impedimentum nautis,
tandi remos. Solebant enim primo aptari
mi , ac poſt demum eis aptatis fieri con-
enſio, & occupatio ſedium, quam quisque
ctorum capere debebat , qua de re jam
tum eſt à me in libris de Mil. Navali, &
etur amplius in curis ſecundis, ſi quando
ypographum idoneum invenient.

non receperant) Si non receperunt, quæ er-
inter has & priores naves oppoſitio? nam
illæ non exſpectabant, quæ ſimul eſſe de-
bant, & quomodo intelligendum, quod
quitur, etiam *multitudo feſtinantes moraba-*
r? Ego vix dubito, quin à Curtio ſit ſcri-
um: *alia navium inconſulte ruentes omnes re-*
perant. Vitium ex eo natum videtur, quod
ud *omnes* compendioſe ſcriptum eſſet per
cum lineola in capite , quod imperiti li-
arii reddiderunt per *non*.

nec in naves ſubſiſtere) Scio illud *in* adjun-
um habere non raro accuſativum etiam,
um rem ſignificat in loco. Puto tamen no-
rum ſcripſiſſe, *nec in nave ſubſiſtere*, illudque
in fine vocis *naves* tranſumptum eſſe ex
itiali vocis ſequentis.

. X. *Nearcho*) Nimis hæc abrupte ſequun-
ur ad ſuperiora. Vereor itaque, ne exciderit
onjunctio *At* ante *Nearcho*, deleta quippe
ob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ob ſimilitudinem literarum ultimarum v-cis proxime præcedentis.

populabantur Indos) Hoc *Indos* ſuſpectu mihi eſt, quia ſequitur, *maritimos Ptolema urebat*. Nam ſi referas hoc ad Indos, non v deo, quomodo ſubſiſtat, quod paulo pc ſubjicitur: *Hinc pervenit ad maritimos Ind* Credo igitur ſcripſiſſe noſtrum, *populabant eos*, atq; retuliſſe ad Horitas, librarium v ro, vel alium explicationis cauſa, quia no intelligebat rectius, adjeciſſe *Indos*, tande hoc pro altero ſumptum eſſe in textum.

ſed etiam famam) Non video, quæ ſit di ferentia inter *gloriam* & *famam*, aut quid iſt velint: *æmulatus eſt non ſolum gloriam, ſed etia famam ſtatuit imitari*? quid inquam ſit *imita ri famam*? Suſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *ſed et iam inſaniam* &c. Notum eſt, hos Bacchi lu dos, *furores* dici. Nec difficile fuit, ho vocabulum ſic corrumpi, ſublatis primis lit teris *in* per præcedens *m* in fine dictioni præcedentis, cum ex *ſaniam*, quod ſuperaret fabricare ſemidoctus ſcriba nil potuerit me lius, quam *famam*.

item in vehiculis) Neſcio, annon ſcripſerit *Tum in vehiculis*. Nihil certe alias, quod præ-cedenti *Primi* commode reſpondeat.

alia candidis velis, alia veſte pretioſa) Nil hic cenſeo mutandum, cum ne tabernacula qui-dem, ad quorum modum vehicula iſta in-ſtructa, fuerint ejusdem generis, ſed alia ex veſte alba, alia ex colorata. AD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

AD LIBRUM DECIMUM.

CI. QVod tacitum prodeſſe) Mallem, *quod tacite prodeſſe*, ut reſpondeat ſuperi *palam*.

oſtio amnis ſubjectam) Quid eſt, *ſubjectam oſtio*? an, quæ jacet ſub oſtio? At quid eſt, inſula jacens ſub oſtio fluminis? & num poteſt aliqua ſub oſtio jacere? Vide, num legatur rectius, *oſtio amnis objecta*, id eſt, poſita ante oſtium. Magis ſane rei veritati hoc convenit, quia fuit *extra oſtium*, uti Plinius teſtatur.

in caput nobiliſſimi & inſontis exercuit) Longe mihi videretur elegantius, ſi legeretur, *exeruit*.

idem ad deteriora credenda) Mallem ſcribere, *item ad deteriora*.

regna reduxerat) Acidalius *regnare didicerat*, quod improbat jure Freinshemius. Quod autem putat, videre potuiſſe, quod legendum ſit, *regna reddiderat*, id neſcio, an mereatur applauſum, quando vox *reddiderat* omnis longe abit à *reduxerat*. Quid? ſi legamus *regna reſtruxerat*: Quid? ſi *regna & auxerat*. Notum de regno Pori ex ſuperioribus.

CII. *jam enim eſſe deſtitiſtis*) Mallet Freinshemius, *jam enim me deſeruiſtis*. Mihi potior Acidalii videtur emendatio: *jam enim eſſe deſiiſtis*. Certe alias non reſpondet ſequentibus

bus. Opponuntur quippe milites & nc militesſed ingrati. Ad quod poſterius oſte-dendum opus erat, non ut vocaret eos (ſertores, ſed non milites, & qui eſſe miliis deſiiſſent.

C. V. *Macedonia profecti*) Cogitandun an ſic ſcripſerit Curtius. Sequitur enim, *a ſtitutos ſe*, cui cohæreret rectius, ſi legeretu *Macedonia profectos ultra.* &c.

eſſe cernebant) Recte delent hoc *cernebant.* Cætera quoque ſic diſtinguenda v dentur: *deſtitutos ſe eſſe. Sine certo regis here regni vires ad ſe quemque tracturum.* Quæ pr ter iſta leguntur in vulgatis, gloſſatorum e ſe videntur.

accidentis) Sic antique ſcriptum, pro *a cidentes.* debet enim ad neptem nepotemqu referri.

quam à diis petuntur) Video ſic locun poſſe explicari, ut tribuerit majora, quan quisquam eorum, qui accipiebant, auſus e ſet petere à diis. Quia tamen ſententia pro fertur generaliter, cogitandum forte, anno ſcripſerit, *quam à piis petuntur*, id eſt, iis, qu amant regem, nec exhauſtum eum cupiun per ejusmodi liberalitatem. Certe alias non ſcio, quid non homo avarus atque inexple bilis petere à Deo, vel, ut noſter loquitur, diis audeat.

ingentes profecto dotes) Non diſplicet, *inge nij profecto dotes.* Poſſet tamen quis putare ſcri

ſcriptum quondam, *ingenitæ profecto dotes.* (VI. *in conſpectum vulgi data*) Non contemno. Puto tamen poſſe cogitari, utrum non accommodatius fuerit, ſcribere, *in conſpectum vulgi illata.*

regni atque imperij vires obſignare) Hoc vero novum genus eſt locutionis. Ecquid enim, *obſignare vires imperij*? Non dubito, quin ſcripſerit Curtius, *regni atque imperij res obſignare.* Ut per *res imperii* ſignificentur negocia. Vocabulo *res* adhæſit ſyllaba *ri* ex voce præcedenti. Inde factum *vires.*

tantum virum) Valde metuo, accidiſſe loco huic, quod alias non paucis, ut interpolatus ad nos per interpretes & gloſſatores tranſmitteretur. Suſpicor autem ad hunc modum ſcripſiſſe Curtium: *intuentibus credere licet, tantum deos commodaſſe rebus humanis, quo earum ſorte completa, cito repeterent eum ſuæ ſtirpi.* Omnia clariſſima.

ab immortalitate) Ænigma hoc vocat Freinshemius, & pro eo ſcribit *immortalitati.* Mihi veriſimilius, ſcribendum, *quod ſemper de immortalitatem ſubducitur*, id eſt, quod ſubtrahitur, ut immortale maneat, ſicut et natura.

hoc ne uno) Iſta vero non intelligo. Ecquid enim vult illud, *hoc ne*? Puto ſcribendum: *Capite opus eſt hac re uno, an pluribus.* Illud *hac re*, ſignificat *ob hanc rem*, *ob hanc cau-*

ſam, quo ſcilicet victoriam, partam poſſim
obtinere ac ſervare.

vel ſubdere) Poſt hæc ſignum interro-
tionis ſcribendum, ut erigatur ſentent,
quæ nunc jacet.

C. VII. *qui tam bonorum*) Velim ſcire, q
ſpectet illud *tam*, nihil certe habet, cui
ſpondeat. Puto plane, *qui jam bonorum* ſc-
bi oportere.

impenſa probra) Putat Freinshemius,
tenſa probra, pro *intentata*. Sed fortaſſe
mutandum, hoc quidem loco. At initio h-
jus periodi poſt *caligare*, Mallem: *Ea hal*
ambigue &c. Porro *impendere probra in*
quem, ut *impendere ſumptus*.

ſuffragari reipublicæ) Freinshemius cu
Sebiſio mallet, *ſuffragarii*. Ego putem, *ſuff-*
gati ſcribendum, hoc eſt, illi, qui ſuffrag
erant, qui ſuffragium tulerant.

robur ætatis) Hæc perperam diſtincta, p
to ſic formanda: *robur ætatis experirentur m*
do, ſtirpem Philippi, & filium ac fratrem regu
duorum, ac ſibimet ipſis potiſſimum crederent.

Meleager. Iratusque Perdicca hos) Malle
diſtinguere: *quorum princeps erat Meleag*
iratusque, Perdicca hos &c.

in urbe ſubit) Compendioſe verbum h
poſtremum ſcriptum fecit lectionem pr
vam. Manſerat enim Perdicca in urbe, n
exceſſerat eam, tantum in conſilio placu

ra

ıt, ut egrederentur. Mea igitur ſententia gendum videtur, *in urbe ſubſtitit.*

atque ille ſeditione) Quicquid explicat reinshemius, veriſſimam puto lectionem ıtegri hujus loci: *atque illi ſeditione proviſa, ım regem adiſſent, interrogare eum, an Perdic- ım comprehendi ipſe juſſiſſet.* Ratio, quia ſine ubio rex reſpondit illi, à quo fuit interro- atus. Jam ſi Meleager hoc erat, quid ita icit ipſi: *Meleagri inſtinctu ſe juſſiſſe?* quid ita ne tranſitione ad milites ipſos converſus it: *ceterum non debere tumultuari?*

JOANNIS SCHEFFERI ARGENTORATENSIS

In

M. TUL. CICERONIS DE LEGIBUS NOTÆ.

AD LIBRUM PRIMUM.

Cap. I. L*Ucus quidem*) Proëmium deeſſe ait Turnebus. Ego quoque aliqua deſidero ; nec enim ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

abrupte ſua ex ordiri Cicero conſuevit. Si & τὸ *ille* non habet, quo hic commode re- ratur. At proëmium abeſſe totum non e- ſtimo, ſed illius tantum quædam pauc. Ipſum certe capite quinto demum vere- nitur.

ſi manet) Si ſuperſtes eſt. Ita Phædr; noſter lib. IV. c. 4. *ô ſi maneret condito ſen*; *patri*, ubi vide, quæ notavi.

commemoratione manet) Hinc apparet v. tu• eſſe inſtitutum, recentia venditandi p antiquis. Sed & doli ejus cauſſæ vel occa ones hic produntur. primum auctoritas ſc ptorum veterum, præcipue poëtarum. d inde ſtudium acquirendæ admirationis e conſervatione antiquitatis. denique facil tas credendi, & absque diligentiore exam ne, accipiendi falſa pro veris.

certe non longe) Turnebus ſuſpicatur, *cer ton' non*, Haud placet, quando cæteri in alte ram conſentiunt ſcripturam. *Certe*, omiſſ interrogatione negativa, pro *certene*. certe ne dixerit, eſt, an certe dixerit, num cert dixerit Romulus. Ita ſolent alii. Vide, quæ notavi ad Phædri lib. I. c. 24.

& in Arpinati) Locus vexatiſſimus. Vul go habent *ſed veritas ate*. Libri optimi: *& i Arpinati homine, vel ſeveritas à te poſtulatur* Senſus, quem expoſuit nemo, hic eſt. Quæ- runtur, ait, multa, num ficta ſint, an vera, in poëmate tuo Mario. Nam ficta quidem vi- den-

entur, quia fidem omnem excedunt. Pro
eris tamen habent aliqui , primum quia
int in recenti memoria, qualia falſe trade-
nemo velle videtur, cum mendacii aper-
poſſit argui. Deinde quia ſunt à te con-
ſcripta, homine Arpinate à te ipſo poſtula-
r vel ſeveritas, i. e. gravitas quædam re-
ota procul à jocandi & mentiendi vanita-
ac libidine. Alludit ad locum aliquem,
rte illius ipſius carminis de Mario, qui &
iſe Arpinas fuit, in quo Arpinates ut ſeveri-
tis priſcæ tenaces laudaverat Cicero, &
ea æſtimari dixerat.

iſto periculo) Ita habent libri optimi, & ex-
ponunt alii aliter. Ego ſic vocaſſe Cicero-
em hoc opuſculum exiſtimo, quia ſcripſit
juvenis ingenii periclitandi gratia. Atque
exponit quoque Scaliger Auſon. Lect. 1.
p. 4.

Cap. II. *potes autem tu profecto ſatisfacere*) No-
, *ſatisfacere* hic abſolute poni, pro *cunctis*
ſatisfacere.

quibus nihil poteſt eſſe jucundius) Servant
hanc ſcripturam Mſſ. fere omnes. Quare
uto Ciceronem hic *jucundum* poſuiſſe, pro
, quod jocum continet & riſum, quod eſt
oculare, atque riſum provocat, quomodo
culare & à multis deriſum dixit alibi hoc li-
ro. Niſi plane ironia ſit in hoc vocabulo.

multus ineptus) Libri optimi habent: *mul-
tus ineptias, elatio ſummam impudentiã.* Quod

puto eſſe rectum, ſicut prius *multas inepta* ſi referatur ad *loquacitas*. Senſum ſic accipi, Quotiens loquitur populariter, habet a. quid argutiarum, cum vero verſatus in o. tione, multa affert inepta, denique ſi effe re ſe, ac grandis eſſe cupit, figuras format ne pudore.

nondum ediderunt) Etiam hoc abſolu poſitum, notari meretur.

C.III. *Sic enim mihi liceret*) Mſ. *ſic enim ve liceret*. Videtur Cicero ſcripſiſſe: *ſic enim v ve liceret.*

Cap.IV. *nemo noſcat*) Puto ſimplex eſſe p compoſito *agnoſcat*. ut ſit *noſcere cauſam* ide ac veram reputare ac bonam, quomo *agnoſcere crimen* dicimur, cum verum e fatemur.

dicendum) ſc. in foro, & agendæ cauſæ.

numeros in cantu ceciderat) alii *cecidera* Turnebus *cecinerat*. Puto rectum eſſe *cec derat*. *Cadere numeros* exiſtimo dictum S necdochice, pro *numeris*, vel *quoad numero* Eſt autem *cadere* idem ac deficere. quom do *cadere animis* alio loco Cicero dixit.

jus reſpondendum) Reſpondent jus, qui in terrogantibus & conſulentibus de eo, ju indicant.

Egone? ſummos fuiſſe) Fateor, non ſatis in telligere me iſta. Quid enim eſt, quod rega τὸ *fuiſſe*. Puto, aut deeſſe quidpiam, aut in illo *egone* vitium latere. Quid, ſi ſcripſeri

Neg

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Nego nec ſummos ? Nec pro non habet hoc
ſo opere.

populum præſtare) Turnebus explicat,
uantum populo neceſſarium eſſe judicarunt.
nox corrigit, & accipit de iis, *de quibus popu-
um teneri voluerunt*. Puto ſimpliciter, *præ-
ſtare populum* hic eſſe, multitudinem antece-
ere, meliorem, peritiorem ea eſſe. Ut ſit
enſus, nil quæſiviſſe ultra, quam ut plus ali-
uid ſcirent, quam populus in commune.
ta Cæſar: *Galli præſtant cæteros mortales vir-
ute*.

id autem incognitum) Varie tentant hunc
ocum. Ego non dubito, quin Cicero ſcri-
ſerit: *Id autem incognitum eſt minus, quam
uſu neceſſarium*. Senſus: jus civile minus eſt
ncognitum, quam eſt neceſſarium uſu. Po-
erat eum uſu reipublicæ plus ignorari, quia
nimia illa notitia facit litigioſos, ut mox ait
Curtius.

parietum jure) varie libri veteres, *porien-
tium, ponentium*, ſunt, qui tantum exhibent
par. unde faciunt *pariantium*, *parcentium*.
Ego puto, *par* eſſe litteras ſingulares ſive no-
tas, & exponi *pluvia arcenda* oportere, reli-
qua omnia à ſciolis adjecta eſſe. Valerius
Probus *P. AR. Pluvia arcenda*.

Cap. V. *magis honeſte*) alii *honeſto*. mallem
honeſto.

C. VI. *ratio prudentis*) hoc *prudentis* mihi
valde ſuſpectum eſt. Nempe nihil uſquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

quidquã præcedit de *prudente*, ſed *prudenti*. Puto plane ſcripſiſſe noſtrum, ut eſt in codi-ce Palatino, *prudentia*.

commodius vero) Scilicet, capiatur exor-dium ab illo altera non ſcripta, ſed à natura profecta lege.

adſcribito) In Senatu priuſquam ſenten-tiæ ferebantur in tabellis, dicere ſinguli ſo-lebant ſuam, quæ excipiebantur & annota-bantur, à ſcribis. Ergo qui in eadem cum alio erat ſententia, ſuam adſcribi alterius ju-bebat.

Cap. VIII. *cumque alia, quibus cohærent*) Hæc mihi valde ſunt ſuſpecta, nec leguntur eo-dem modo in Mſſ. Sane non cohærent, *alia quibus cohærent*, & *quæ fragilia eſſent*. Exiſti-mo ſcripſiſſe Tullium: *cumque aliquibus cohæ-rent homines è mortali genere ſumſerit, quæ fra-gilia eſſent*. Illud *ſumſerit* refero ad ſuperius *quo ſparſum in terras, auctum ſit*. Homines di-cuntur cohærere aliquibus, quia non ex uno genere, ſed diverſis, anima videlicet & cor-pore, componuntur.

Cap. IX. *obſcuras & neceſſarias*) Libri vete-res habent, *obſcuras ne ſatis*. ex quo Lambi-nus *nec ſatis apertas*; inepte, ut opinor. quis enim credat, tam inani tautologia uti Cice-ronem voluiſſe? Turnebus retinet *nec ſatis*, atque accipit, de non ſatis enodatis, quod ut non male ſeſe habeat, ita nulla loci corrupti medicina eſt. Et ſane habeo pro deſperato.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

am quod alii ſcribunt, *nec faciles*, recedit ngius. Putabam ego, *nec ſtatas*, ſed nunc pudio. Alii cogitent.

ap. XI. *Similique inſcitia mors fugitur*) Hæc telligenda ſunt ex Philoſophia Stoicorum. am Stoicis ſola vitia ſunt *mala*, & iccirco *gienda*. Mors ipſis non eſt mala, & propter- nec fugienda, ſed *rejicienda*.

recte vivendi ratio meliores efficit) Ex hoc lo- me non expedio. Quo enim ſpectat illud *eliores*? num ad *homines*? at pro iis ſupra ſurpaverat, *genus hominum*. Deinde, quo- odo intelligendi *meliores*? An ſimpliciter? t de eo non eſt ſermo. Non quæritur, quo- odo fiant boni, ſed quomodo à natura ipſa nſeantur ſociati. Hoc enim egerat toto co Cicero, ut a ſimilitudine hominum à atura ipſa in animis, ſenſibus, voluntati- us circa quaſvis res, ſive bonas, ſive malas roducta, Sociatos eos demonſtraret. Qua- e ſuſpicor, illud *meliores* de Societate opor- ere accipi, velut diceret, tanto quemque re magis idoneum ad ſocietatem, alteri- ue magis conjunctum, quo magis utatur ecta ratione vivendi, hoc eſt, magis ſit omo.

ap. XII. *juſtos eſſe factos*) Nam, quo ma- is ſequuntur recte vivendi rationem, hoc agis ſunt juſti, &, quo magis ſequuntur re- te vivendi rationem, hoc magis ſociantur liis, ut paulo ante dixit.

à natura) id eſt, jure ſeu juſtitia. Nam ſupra dixerat, jus & naturam ſe deinceps in omni hac diſputatione pro eodem ſe habiturum.

Cap. XIII. *quaſi officinas*) Credo, alludere ad officinas artificum, in quibus omnia conficiuntur cura ſingulari ac induſtria. Nam ſi de Schola quavis accipimus, non quadrabit antecedens, cum & veteres Philoſophi Scholas habuerint.

& ſcilicet tua) Non mea ſolum, qui ſua tibi concedere ſum coactus, contra ſectæ meæ decreta, naturam omnem regi Numine. Huc puto alludere noſtrum jocoſe, ſic τὸ & accipiendum eſſe.

Cap. XIV. *quam ut eos agitent*) Illud *quam* libri veteres nulli agnoſcunt. Itaque hic erit ordo verborum, *pœnas luunt, non tam, ut furiæ judiciis eos agitent inſectenturque, non* ſcilicet tam pœnas luunt *ardentibus tædis, ſ[...] ut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu.*

aut incauti) plerique libri habent, at incauti. Cenſeo, ſcripſiſſe Tullium, *ac incauti potius*. Idem Off. I. *nec vero imperia expetenda, ac potius non accipienda.*

Cap. XV. *Scita ſint in populorum inſtituti[...]* Suſpicantur quidam *ſita*. Sed eodem mo[...] noſter alio loco hujus operis, *multa pernici[...] ſe ſciſcuntur in populis.*

& quod lex conſtituit una h, e. id, quod u[...]

l[...]

…t conſtituit, unum illud jus eſt, quod re-
…ra eſt jus, nempe lex rectæ rationis, abs-
…e qua lege nullum jus eſt, à quocunq; deni-
…e, ac quantacunque auctoritate ſan-
…atur.

virtutes omnes tollantur) omnes libri ha-
…ent, *tollantur*. Suſpicantur quidam, *tollen-*
…r. Mallem ego *tolluntur*. Sic enim ſta-
…m poſt: *Sed etiam in deos cæremoniæ religio-*
…*ſque tolluntur*, quod non procedit, pro-
…ter conjunctionem tempora ſimilia & mo-
…os poſtulantem, ſi hic legas *tollantur*, vel
…*llentur*.

…ap. XVI. *notas res efficit*) Sic habent libri
…mnes. Mallem tamen ego, *efficit*, propter
…equens *inchoavit*.

eaſque inchoavit Locus obſcurus. Suſpica-
…ur Turnebus; *res efficit eas, quæ in animis*.
…ed non video, quo referri poſſit *quæ*, non
…nim ad *res*, quia non procedit, *quæ res in-*
…*hoavit*. Puto ergo retinendum *eaſque*, & in
…*nchoavit* ex præcedentibus intelligendum
…*otas facere*, hoc eſt, notitiæ illarum dedit
…obis veluti ſemina & principia.

in quo abutimur) id eſt, in qua re, ſi nimi-
…rum ita dicimus. Ita ſupra, *ô rem dignam, in*
…*qua erubeſcant*.

Cap. XVII. *Nos ingenia*) Varie hic locus
tractatus eſt. Lectio haud dubie optima,
quam exhibuit Gruterus. *Nos*, inquit, *in-*
genia juvenum. ſcilicet judicamus, (hoc
enim

enim ex ſequentibus huc trahendũ) pro[illegible] nempe ipſa ſunt, *non ad ingenia* ſc. juven[illegible] judicamus ea, prout ipſis videntur. Nu[illegible] igitur, vult dicere, ad ingenia hominu[illegible] *judicabuntur virtutes & vitia natura, quæ* [illegible]men *exiſtunt* ac proveniunt *ab ingeniis*, p[illegible] ut ea bona ſunt vel mala, prout virtute p[illegible]dita aut vitioſa? *An ea* vitia *non aliter* ju[illegible]cabuntur? *An honeſta & turpia non ad na*[illegible]*ram referri neceſſe erit?* Utique.

Cap. XVIII. *viri boni*) Sapientis, cati. [illegible] enim virum bonum hic intelligit.

nihil exprimit) id eſt, extorquet, præm[illegible] ſcilicet cauſa. non intellexerunt vulgo h[illegible] vocabulum, itaque ex eo fecerunt *expet*[illegible] Noſter in Orat. pro Quint. *Extorquendum eſt invito atque ingratiis, quod non debet, erip*[illegible]*endum atque exprimendum eſt, de fortun*[illegible] *omnibus.*

expenditur) id eſt, ponderatur, æſt[illegible]matur, valor ejus examinatur, ad rem aliam, non ad ipſam. Sic uſurpat Plautu[illegible] quoque. Alii habent *expetitur*, contra vete[illegible]res codices.

eum ipſum cernunt) i. e. concernunt, re[illegible]ſpiciunt, conſiderant.

Cap. XIX. *erubeſcunt pudici etiam loqui d*[illegible] *pudicitia* repete *τὸ ergo* ex ſuperioribus, ni[illegible] mavis, contrariã ſententiã hæc inferre, qua[illegible] dicat, adeo hoc non faciunt, ut ruborem colligant, ut erubeſcant, etiam cum de pu-

dici-

citia loquuntur. Ex pudore ſeu rubore, qui
tu nullo imperari poteſt. Sed à natura
à oritur, colligit de pudicitia, ut ex effe-
i de cauſſa, illam quoque exiſtere nullo
metu. Sed quomodo erubeſcunt lo-
i de pudicitia? Nempe quia pudicitia
oprie loquendo intelligitur de corpore,
m ſunt incorrupta & inviolata membra,
æ honeſte nominari nequeunt. Hoc mo-
Ovidius

—nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia, deperit illa ſemel.

rum ipſa infamia) Hæc obſcura ſunt. Quid
im vult illud *ipſa*? num ad *infamia* referri
bet? Habebit ergo quandam emphaſin,
am hic difficulter intelligo. Mallem e-
referre ad *ſtupra*. Senſus eſt: non poſ-
t evitari ſtupra propter infamiæ metum,
ia prius facta ſunt ſtupra, ea deinde no-
a infamia. Notata ergo infamia, non
od ante, quam fierent, decretum quod-
m notanda ſtatuiſſet, ſed quod propter
turæ ſuæ turpitudinem infamia ſeque-
ur.

ap. XX. *cuius apiſcendi cauſſa*) Sic Grute-
s Mſſ. habent *aſciendi*, *aſcendi*. Turnebi
dex *aſciſcendi*, Videtur Cicero ſcripſiſſe,
nciſcendi.

ac non eam) in antiquis libris eſt, *ac non a-
a*, in aliis aliter, nec licet divinare facile
ritatem.

Cap

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Cap. XXI. *Quin iſtuc tandem*) Ita habet Gruterus ex Victorio. Sed τῷ *quin* reſpondere *quia*, ego nuſquam obſervavi. Puto, compendium ſcripturæ corrupiſſe locum, & pro *quin*, *quinam* legendum eſſe.

ſolum bonum eſſe diceret) Illud *diceret* abeſt à pleriſque veteribus, in quibus legitur *eſt*, & mox *intereſſet*. Puto ſcripſiſſe noſtrum: *Quia ſi, ut Chius Ariſto, dixit ſolum bonum eſſe, quod honeſtum eſſet*, & poſtremo, *abeſſent, intereſſe.* Vitium ex eo natum, quia τὸ *dixit* referebant ad proximum Ariſto, hinc mox alii ex *eſſe*, fecerunt *eſſet*, alii adjecerunt *diceret.* Τὸ *dixit* non tam ad Ariſtonem, quam Zenonem referre debemus, de quo ab initio locutus eſt.

intra quinq; pedes eſſe voluerunt) Ita habent libri omnes, contra quos Victorius, Aldus, alii, *noluerunt*. Puto, *voluerunt* eſſe rectum. Nam ſi noluerunt illæ leges, quid inde ſequitur, *depaſci non ſinemus*? an potuerunt ſinere contra leges, aut alter depaſcere, legibus hoc prohibentibus? Puto ego, duplicem fuiſſe controverſiam de agris, alteram attingentem ſolos fines, alterã, partem eorum. Finium controverſiam, cum quæritur de ſpacio, quinque pedes non excedentem latitudine ſua. Aliam, ſi de ſpacio majori. In hoc quinque pedum ſpacio uſucapionem conceſſiſſe leges duodecim tabularum, non in majori, ac propterea fuiſſe opus, ut qui

uſi

ucapione fines ſuos nollet amittere, per
ntroverſiam de finibus regundis jus ſuum
eretur. Hoc ita ſe habere, colligo ex con-
tutione Conſtantini, quæ extat in codice
heodoſ. his verbis: *Cunctis motibus &
achinis amputatis finalibus jurgiis omnem mo-
um, quam præſcribimus, ac de eo tantum ſpa-
o, hoc eſt pedum quinque, qui VETERI
URE PRÆSCRIPTI ſunt, ſine obſer-
atione temporis arbitros juſſimus* judicare. *Quod
loca in controverſiam veniant, ſolenniter judi-
re cognoſcas.* Oſtenduntutique hæc verba,
iſſe præſcriptionem illorum quinque pe-
um *veteri jure*, quod ego accipio de legibus
uodecim tabularum, exiſtimoque, poſtea
s illud immutatum per legem iſtam Con-
antini, quia nominatim dicit arbitros de-
ere judicare, *ſine obſervatione temporis*, præ-
riptionem firmantis, quod nimirum ante
ciebant, ſequentes legem XII tabularum.
amiliam autem legem cenſeo permiſiſſe
bitros in diſceptione de finibus, de quibus
bitris nil erat definitum lege veteri. Habet
ia Gœſius in Notis ad Agrimenſores pag.
39. ſed hæc verbis Ciceronis convenientiſ-
ma videntur.

& apta virtute) Ita habent libri optimi,
uod Turnebus exponit *virtute perfrui bonis
odice ſuppeditata*, quod fateor me haud in-
elligere. Quomodo enim cohærent, *bonis
ppeditata*? Ego ſimpliciter conjungo *per-
frui*

frui virtute, non *apta virtute*, ut ſit ſenſ, ſummum eſſe bonum, vitam modicam & aptam, i.e. convenientem, uſibus videlicet neceſſitatibusque; non affluentem nimis, tenuem, ſi quis perfruatur ea, *virtute*, h. e. una cum virtute.

C. XXII. *hæc de ſummo bono*) ſcilicet utrum in ſola virtute, an maxime in ea conſiſt. Nam alias omnino pertinet. Vid. ſup. cap. 13.

ſubornatus) Recte. Eſt autem *ſubornatus* compoſitum, pro ſimplici *ornatus*, i.e. inſtructus, armatus. Ita Petronius in fragmento nuper edito, quod notandum.

Cap. XXIII. *pœne prehenderit*) Optime, ac in reſpectu ad venationem, quam exercet Philoſophus, de qua dixi in de Phil. Pythag.

Cap. XXIV. *fuſa latius perpetua*) Non placet ſatis illud *perpetua*, ſuſpicorque à gloſſa eſſe.

AD LIBRUM SECUNDUM.

Cap I. *LAqueata tecta*) Eleganti lacunari ornata, quod pingebatur inaurabaturque, ait Turnebus. Sed cur laqueata dicta iſthæc tecta? A laquearibus, ait Servius, quæ ſunt idem, cum lacunaribus, ſ dictis à lacu, id eſt, trabium ſeu tignorum interſtitio, ut cenſet Voſſius. Sed illud tr

biu

lum interſtitium in tectis ædium etiam vulgarium. Diſponuntur quippe trabes ſuis intervallis, eis poſtea adduntur tabulæ ubique. Qui igitur ſic dicantur tecta non vulgaria ? Mallem ego derivare à laqueis, quia tecta illa velut laqueis meandriſque erant ornata, qui prominebant extra planum, aliaq; figura. Effigiem expreſſit Serlius architecturæ ſuæ lib. IV.c.12. ubi videas, & quid velimus, facile intelligas.

ſalubritatem) quæ non eſt ubique in caloribus æſtivis, De æſtivo enim tempore hic ſermonem eſſe & alii cenſent, & diſcas licet e lib. 1. cap. 5.

Cap. II. *idem ego te accipio dicere Arpinum*) Neſcio, annon ſcripſerit Cicero, *ac Arpinum*, illudque *ac* per ſimilitudinem ſequentium literarum ſit deletum.

Cap. III. *duo ſui conſervatores*) Cicero, propter oppreſſionem ſeditionis Catilinariæ, Marius propter ſuperatos Cimbros, Teutones, & Tigurinos, qui civitati imminebant. Vide Flor. III. c. 3.

Cap. V. *item cum in homine eſt perfectum, eſt in mente ſapientis*) Ita edidit Gruterus. At in notis ait, reperiſſe ſe in omnibus, *cum in homine eſt perfecta, eſt in mente ſapientis*, ſicut habent vulgati. Ubi tamen ait lectionem hanc tueri Turnebum, quod non intelligo, cum Turnebus habeat, *cum in homine eſt perfectum in mente ſapientis.* Sententia hæc

eſt: ſicut ſumma lex eſt in mente divina, i
eadem eſt in mente ſapientis ſumma per
ctaque, quando eſt in homine.

Cap. VI. *mea quidem ſententia, meliore, multi nominant*) Locus ſine dubio corruptus, quia nihil hic, quod reſpondeat præcedenti *Theophraſtus*: nec emendat hoc Turnebus. Lipſius putabat, *ſententia melior, eu multis commemorat.* Ego cenſeo, ſcripſiſſe Tullium: *At Theophraſtus, autor haud deterior, mea quidem ſententia meliore eum vultu nominat.* Meliorem Theophraſti vultum appellat, in reſpectu ad Timæum, qui p invidiam & odium de veteribus pleniſq; peſſime locutus eſt. Ob quod ipſe quoque ab omnibus deinde odio eſt habitus. Ut *melior* in Theophraſto poſſit intelligi *vultu* ſive quod in eo non appareret invidia, ſi quod pudore nullo ex objectione calumni cogeretur ſuffundi, quod utrumque fuit i Timæo.

Cap. VII. *ut in veteribus ex his ſacratisque legibus*) Alii hic aliter conjiciunt. Cujaciu *veteribus XII.* Guilielmus, *veteribus ex XI* Puto ego ſcribendum eſſe, *in veteribus SCti ſacratisque legibus.* Vetera Senatus conſulta intelligit facta primis conſulum temporibus, Illud S, in *Senatusconſultis* deletum videtur propter S præcedens in priore vocabulo.

Cap. VIII. *Nec ulla vitiorum*) Alii libri

hæ

abent , *neucala* conjunctim , alii *nucula*.
unt, qui *neucula* , quod puto eſſe rectum ,
litera l geminetur *neu* eſt *neve* , ſequitur
la, quod quia incipit cum vocali, c conſo-
ans inſeritur euphoniæ cauſa.

ut ita cadat) Turnebi libri, *cadant*, quod
uto eſſe melius , ut reſpiciat ad feſta , niſi
elimus τὸ *cadat* abſolute dictum eſſe, pro
cidat, ſeu *eveniat*, ut ſit ſenſus , debet ita
ſe deſcriptum in anfractibus ſeu periodis
nni, ut hoc ſic eveniat, ut familiæ ferias &
cium ſuum habeant. Sed alterum magis
lacet.

ad eam rem rationem curſus annuos) ita ha-
ent libri omnes. Mallet *ratione* Turnebus;
erum haud perſuadet. Gruterus ſervat le-
ionem veterem, ſed *rationem* explicat *eta-*
m. Ego iſta cenſeo conjungi abſque co-
ula , ratione veteri , ſenſumque eſſe, ad
am rem, ne committi poſſit , & ad eam ra-
onem ſive cauſam , curſus annuos finiri
ebere.

auſpicium præmonento) ſcilicet eos, Inter-
retes Jovis. *Præmonere auſpicium aliquem*,
ſt, monere aliquem, priuſquam quid agat,
uale ſit auſpicium illius rei.

Cap. IX. *judices duo ſunto*) Non video,
uare illud *duo* debeat placere. Varro me-
norat quatuor ad hoc negocium , alii plu-
es. In antiquis libris legitur, *judices neſunto*,
x quo facio, *feciales judicesve ſunto*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

hos leto datos) Non concoquo illud *h*, nec enim habet, quo referatur. nam h deos Manes qui retulerit, monſtrare deb, eos leto dari. Quare ſuſpicor illud *hos* compendium ſcripturæ eſſe, ac ſignificare *h*-*mines*.

Cap: X. *optimæ reipul.*) Non ſcio ſatis, a non foret rectius, ſi ſcriberetur *optimæ ei rei*. Potuit certe illud *ei* facile interire ob ſimitudinem litterarum in fine prioris & in it poſterioris vocabuli. Sed nil definio.

Atque mea quidem ſententia eſt) Locus ne dubio corruptus, cujuscunque perſonai verbis hiſce præfigas. Pal. tert. habet. *At quidē mea ſententia eſt*. unde conjicio locū it oportere ſcribi: *M. At tu Quinte? Qu. ei dem mea ſentia eſt.* Prima verba contract ſcripta fuiſſe videntur, *Atq;*, ex quo ſciolu effecit *Atq;. Qu*, *quoq;* quod notabat perſonā adjunctum *eadem*, verbis illis, & ſic factun *quidem*. Mea ſane opinione nihil conveni huic loco magis, iſtis verbis. Poſſis propius ad ſcripturam veterem *idem* legere pro *eadem*.

& ignotas cerimonias non à ſacerdotibus) Non hæc lectio veterum librorum, ita enim illi: *Suosque deos aut novos, aut alienigenas coli, confuſionem habet religionum, & ignotas cerimonias noſſe Sacerdotibus. Nam patribus acceptos* &c. Quam quidem lectionem puto eſſe rectam. Duo ait habere cultum novo-

rum

um deorum privatum: primum, confuſio-
nem religionum, deinde, noſſe ceremonias,
ignotas Sacerdotibus, id quod prorſus vult
eſſe abſurdum. Illud *noſſe* Græca conſue-
tudine poſitum pro *notitia* videtur, ut ſit
ſenſus, videri hos, qui ſacra celebrant hu-
juſmodi, habere notitiam quarundam cere-
moniarum, quas ceremonias ignorent ſa-
cerdotes, cum tamen ſacerdotes ſcire omnes
ceremonias debeant, cum ſui cauſſa, quia
ſacerdotes ſunt, tum publici cauſa, ne quid
fiat, quod civitati ſit exitioſum.

paruerint ipſi) ſc. patres, nec novos, nec
alienigenas deos coluerint, ſed ex receptis
hunc iſtumve peculiariter coli in familia ſua,
conſtituerint. Ita locum hunc intelligo, non
ut eum explicavit Turnebus.

Cap. XI. *Patrum delubra*) Suſpicantur *deo-
rum delubra.* Nequicquam. Nam *patrum de-
lubra* hic eſt idem, ac in ipſa formula legis:
conſtructa à patribus delubra.

Araque vetus ſtat) Hic locus mire corru-
ptus eſt. In Palatino uno legitur, *araque ve-
tuſtiſſima eſt Palatio.* Totum locum ita puto
formandum; *At ara, quæ vetuſtiſſima eſt Pa-
latio, Febris, & altera Eſquiliis, Malæ Fortunæ
ædes, iſtaque omnia eiuſmodi repudianda ſunt.*
Nihil facilius fuiſſe videtur, quam ut ex *ædis
iſtaque*, deleta prima littera, propter ſimili-
tudinem præcedentis, facerent *deteſtatq;*.

Stataſſandi) De hoc vocabulo adhuc deli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

berant eruditi, omnes. Mihi veroſimilimum videtur, ſcripſiſſe Ciceronem totum locum iſto modo: *Quod ſi fingẽda nomina, vicepotæ potius, vincendi atq; potiundi, Statæ ſtandi, cognominaq; Statoris & invicti Jovis. Rerumq; expetendarum nomina.* Pro *ſtataſſandi*, ſcribo, *Statæ ſtandi*, leviſſima immutatione. Statæ Deæ meminit Feſtus. *Statæ matris ſimulacrum in foro colebatur.* Facit ejusdem mentionem Sext. Rufus in regione ſexta. Fuit autem hæc à ſtando dicta, ſicut Vicepotæ, à vincendo & potiundo. In verbis ipſis illud, *fingenda nomina*, ἀπὸ κοινοῦ intelligendum in ſequentibus, ita omnia erunt clariſſima, quæ hactenus pro deſperatis habebantur. Sane non de una Vicepota loqui noſtrum, & alius alterius præcedere debere mentionem, vel τὸ *cognomina*. ut eſt in vulgatis oſtenderit.

vel hujuſce diei, nam valet in omnes dies) Gruterus, *hujuſce diei*, *valet hujusque diei, id eſt, unius cujuſque diei.* Non aſſequor, quid velit. Briſſonius profecto ad quem nos relegat, diſtinguit inter *hujuſce*, & *hujusque*, imo hoc loco legi vult *hujusque*, quod Marius Victorinus τὸ *hujusque*, explicet *uniuscujusque*. Sed quicquid ſit de Victorini verbis, apud Ciceronem retinendum cenſeo *hujusce*. Senſus ille eſt, poteſt Fortuna coli ſub cognomento HUJUSCE DIEI, idque propterea, quia hoc cognomentum valet non in cer-

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

n tantum diem aliquem, ſed omnes dies. ioquovis enim die coli poterit Fortuna is diei, ſicut qualibet diei, poſtquam advnerit, & facta fuerit hodierna, dicatur co-l *Fortuna hujuſce diei*. Hunc puto loci hujus e ſenſum veriſſimum.

Agignendum comes. tum) Ita Gruterus, Turnebus, qui poſterior exponit: *quæ nos rimo ortu comitatur*. Ego mallem legere viſim: *à gignendo*. *Comes, tum*, ut illud *co-s* quoque innuat cognomentum Fortunæ, ut primigenia, & fors, & cætera. Neque im dubito, quin & ſub comitis cognomen-eam coluerint.

ap. XII. *Quas compoſitor anni*) Sic Gru-rus & alii. Compoſitorem anni vocant m, qui componit annum, populumque mpoſitionē, nempe iſtam ex feſtis profe-isque diebus, docet. Sed quid eſt, *conferre rias ad perfectionem operum ruſticorum*? Pu-, dare ac tribuere ita, ut nihilominus per-ci poſſint opera ruſtica, prout ea requirit nni ratio, ut *conferre ferias ad perfectionem* dem ſit, ac referre, & in relatione ac re-ectu ad perfectionem iſtam dare & con-tituere.

Quod tempus ut ſacrificiorum) Non expedio ne ex his verbis. Quid eſt enim, quo refe-antur iſta: *quod tempus*? Suſpicor omnino, cribendum eſſe: *Quo tempus & ſacrificiorum bamenta ſerventur*. Senſusq; diligenter ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſervanda ratio intercalandi. Quare? q,
ſervari poſſit tempus deſtinatum ſacrifici,
ſervari quoque poſſint libamenta, in ſacri-
ciis adhibenda, fœtusque pecorum in i-
dem. Puta enim præceptum fuiſſe, ut ſac.
ficarent fruges novos, at intercalandi ir.
peritia tempus illi rei deſtinatum incid.
ſe in hyemem aut primum ver. Qui p.
tuit inſtitui id ſacrificium ex ejus ſolenr
tate?

conferendarum) Sic Gruterus ex Man
tio. Vulgati, *confidendarum*. nec procul d
ſcedit Palatinus qui habet *confitiendarum*.
Ex quo poſtremo ſuſpicor, *conficiendaru*
rectum eſſe, ut ſit *conficere religiones* dictum
ut *conficere ſacra*.

*& ſentiant mulieres, in natura fœminarum
omnem caſtitatem pati*) Sic Gruterus ex anti
quis. Et probo illud *pati*. Pro *omnem* tamen
malo ex vulgatis *omnium*, poſt quod com-
ma ſcribo. Senſus: hæ ideo ſic inſtitui, ut
mulieres ſentiant, eſſe in natura fœmina-
rum omnium, habereque hoc omnes ab ipſa
natura, ut poſſint pati caſtitatem, i. e. caſti-
tatem ferre, ſervare, tueri.

reipubl. conſilio) Conſilium reipubl.
accipio, quod ſubminiſtrat reſpublica
intuitu ſtatus ac conditionis, in qua ver-
ſatur.

neque multorum) ſcilicet vatum prædi-
cta. Vult, non omnes temere prædictio-
nes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

es vatum habitas pro talibus, ut exponi eberent, ſed paucas tantum, ut Sybillinas, id genus. Quæ hic aſſuit Lambinus, precii ullius ſunt.

nihil foris) Libri veteres, *nihil familia*, ribo *nihilve militia*. *Militia* contracte ſcriptum, eſt, *mitia*, *v* conſonans mutatur *f* ſæpe in Mſſ.

ap. XIII. *cæteriſque ſignis diſciplinæ noſtræ: uod ſummos Deos eſſe concedamus*) In libris unctis melioribus, Grutero teſte, legitur ngealiter. Poſt *ſignis* habent vel *que*, vel *os*, vel *quid*, dein conſenſu ſummo tollunt, *uod cum*, item *deos*. Quare ſuſpicor, ſcriſiſſe noſtrum: *cæteriſq; ſignis. Quin diſciplinæ noſtræ, Numina ſi eſſe concedamus* &c. Niſi alis pro *quin*, *atque*. Senſus eſt clariſſimus.

ap. XV. *nervos juſſit, quod plures quam ſeem haberet, in Timothei fidibus demi*) Non veteres. Liber optimus S. Victoris pro *emi* habet *inde*. Hinc vulgati junctim *inde mi*. Sed nec ſenſus horum verborum is vietur, qui debebat, eſſe. Nervos, ait, demi ſſit Lacedæmon, cauſſa, quod haberet pluſ, quã ſeptẽ. At docet nos Athenæus, quod perfluos tantũ nervos voluerit tolli, reliuos ſervari. quare locũ totũ ſic conſtituenum arbitror: *nervos juſſit, quot plures quam ptem haberet, in Timothei fidibus ſcindi*. Altea relativa eſt omiſſa, id quod turbas peerit. *juſſit ſcindi, quot*: pro *juſſit ſcindi tot, quot*

Scindi quoque poſitum pro *reſcindi*, vel *ſcindi*. In quo primam litteram abſorbſit ultima vocabuli antecedentis, dein ex reliquo *indi* ſciolus fecit *inde*, cui velut mutilo adjectum ad poſtremum *demi*, ut ſic ſenſus integer exiſteret. Tῷ *ſcindere* ſic alio quoque loco uſus eſt de capillis. Et Virgilius XII. Æ.

Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos.

Cap. XVI. *apud eos*) ita Gruterus. Senſum non aſſequor. An, *apud eos*, eſt, apud homines? quæ ergo cauſa nihil reticendi? quare mallem *apud Deos*, quod habent vulgati, & confirmant veteres. Propter deos enim, quorum laus & honor in hac revertebatur, nihil ait velle ſeſe reticere. Sed quomodo apud Deos loquitur? credo reſpicere ad vicinam forte aram, aut delubrum aliquod.

Cap. XVII. *Reprimam jam*) Addunt, *m* Ego nihil muto, cenſeoque abſolute ita poſitum, ut quandoque noſter ſolet etiam in aliis. ſic enim & lib. I. cap. 2. uſurpavit, *ed derunt.*

tantum ponam, erui) Hæc conjectura e Turnebi veteres habent, *pœnam merui*, v *pœna merui.* Eſt ex Palatinis, qui exhibe *metui*, quod vix dubito, quin ſit rectum Totum porro locum ita cenſeo ſcribendum *tantum ponam, metui duplicem pœnam eſſe div nam; quod conſtat & ex vexandis vivorum an mis, & ex fama mortuorum, ut eorum &c. M*

ti

metui eſſe dicitur, quod metum incutit, quomodo *quod* dicitur *eſſe gaudio, eſſe voluptati.* Illud *quod* non eſt cauſale, ut vulgo arbitrantur, ſed pronomen generis neutrius, & refertur ad *metui eſſe*. Hoc, hæc res, timeri ſcilicet duplicem pœnam, conſtat & ex eo, quoniam ſceleratorum animi, quamdiu vivunt, vexantur, eſtque hæc una pœna divina, mali ſcilicet conſcientiæ; deinde & ex eo, quoniam poſt mortem dicuntur apud inferos cruciari, eſtque hæc pœna altera divina, ſupplicii ſcilicet infernalis.

Cap. XVIII. *vero, & apertiſſima*) Ita plane libro primo circa finem cap. 24. *vero facie merito*

Cap. XXI. *Super dicebant, quicquid cepiſſet*) Dubitant de hoc loco. Turnebus judicat, ſcribendum *ſuperiores.* Ego cenſeo connectendum cum ſequenti *cepiſſet*, hoc ordine ac ſenſu: quicquid cepiſſet ſuper, ſc. quam omnibus hæredibus relinquatur. *Super capere* ſic dictum, ut *ſuper habere*, in illo notiſſimo, *ſatis ſuperque habere*, pro habere plus, quam ſatis. Ita plane hoc loco.

Cap. XXIV. *de unctura, quibus*) Turnebus edidit *qua*, puto fuiſſe *queis* à prima manu.

acerra prætereantur) Non diſplicet, quod habet Palatin. IV. *prætereant*. Et quid, ſi ſcribamus, *acerræ prætereant. At illa* &c. Potuit illud *at* conjungi præcedenti vocabulo, indeque formari ſyllaba *ur*. Cæterum *præterire*

acerræ

acerra intelliguntur, cum feruntur præ eos, qui ſunt in funere, odoris grati cauſſ. Cap. XXV. *quam cum proximi injecerat*) Sic Gruterus, ex conjectura Turnebi. Veteres habent *fecerant*, quod puto eſſe ... ctum. Non enim illud *fecerant* referri de... ad præcedens terra, ſed ſubintellectum ... *mationem*. Præcedit quippe *terra humani*, quod mente accepit Cicero pro *humatio...*, eoque retulit ſequens *quam*. Reperias exe... pla iſtiuſmodi etiam apud alios.

At juſta conjecta erant) Sic plerique vet... res. Sed ſuſpicor, ſcribendum *ac*. hoc eſt ... ita, atque hoc modo conjecta erant juſt... Ubi tamen ſimul in eorum venio ſente... tiam, qui pro *conjecta* ſcribunt *confecta*. Cap. XXVII. *quam quod quinque diebus a... ſolverint*) Turnebus ſcribit ex Platone, *qu... quinque homines quinque diebus*. Vix eſt mi... dubium, ſcripſiſſe Ciceronem, *quod quinqu... quinque diebus*. Sed quia alterum *quinque* in... perito librario nimium viſum, maleque b... poſitum, ideo omiſſum eſt.

AD LIBRUM TERTIUM.

Cap. I. P*Latonem videlicet dicis*) Tres opti... mi codices habent, *diligis*, quo... Gruterus non putat contemnendum. Re... quirit tamen ſenſus illud *dicis*, & ſequitur *iſtum ipſum*, quod ad *diligis* non ſatis commo... d...

c referri poteſt. Suſpicor tamen, Tullium f taſſis ſcripſiſſe; *Platonem videlicet dicis, qem diligis.*

C II. *deinde etiã deinceps poſteris prodebatur*) I ud *deinde, deinceps* non habet gratiam hoc l o. nec τὸ *prodebatur* poteſt intelligi, quid e im *prodebatur*? Mallem: *deinceps poſteris debatur*, puta, genus illud imperii, quod e ſuperioribus huc trahendum. Nam eo-c m modo etiam lib. II. de Off. *Deinceps re-g poſteris per manus à patribus tradita ſunt.* Il-l *deinde* gloſſa eſt alterius *deinceps*. Poſtea c njunctio *etiam* interpoſita.

qui ut illi cœleſtibus) Probo Guilielmi ſen-t ntiam, legentis, *quia*, cum ſequatur in ple-r que codicibus non *averſantur*, verum *ad-v ſantur*. Cum eodem aliquid deeſſe hic e ſtimo, ſed fortaſſe non poſt vocem *eos*, v rum aliquanto ante poſt vocem *legibus*.

C p. III. *& noxium*) Libri plures habent, *innoxium*, quod Gruterus putat retinen-d m. Id ſi concedimus, *innoxius* de valde n xio erit explicandum. Et ſolet in quibus-d m illud *in* non minuere ſenſum, aut con-t rium ſignificare, ſed augere, quomodo *anus*, valde eanum denotat.

quia privata judicet) Veteres quidam ha-b nt *privato*, quod puto eſſe rectius, ſi refer-t r ad præcedens vocabulum *juris*. Jure pri-v to judicare, eſt judicare ex eo jure, vel ſe-

cun-

cundum illud jus, eratque hoc propriu[illegible]
Prætoris.

Cap. IV. *propoſita, in ærario cognita*) Gru[illegible]rus *condita*, quod placet.

Cap. V. *in libris*) Lambinus putat, *in lib[illegible] illis*; poſſes propius legere *in libris iis*. Sed [illegible]hi totum hoc ex gloſſa irrepſiſſe videtur, [illegible] illud *in libris* delendum.

Cap. VI. *Ab hac familia*) Hoc admodu[illegible] ſuſpectum mihi eſt, quia de nulla famil[illegible] præceſſit. Suſpicor autem corruptum hu[illegible] locum propter compendium ſcripturæ. fu[illegible]ſe nimirum olim ita ſcriptum, *Ab ac. famil.*, [illegible] id poſtea mutatum eſſe in *ab hac familia*, [illegible]que eo confidentius, quia libri veteres a[illegible]ſpirationem ſæpiſſime omittunt. Cum t[illegible]men ſcribi debuiſſet: *Ab Academica famil.*, vel *Academicorum famlia*. Sane non eſt i[illegible]frequens in libris, ut nomina ejusmodi pr[illegible]pria literis initialibus indigitentur.

Cap. VIII. *deinde cum eſſet cito legatus*) l[illegible]cum pro deſperato habent. Neque ego m[illegible]dicinam promitto, dicam tantum, quid i[illegible] mentē venerit, ſi forte anſam præbeat alii[illegible] meliora excogitandi. Puto autem, leger[illegible]dum eſſe; *deinde cum eſſet torto ligatus*, quia i[illegible] libris optimis pro *cito* legitur *octo*. Nam h[illegible] facile formari potuit ex *orto*, & *t* litera in[illegible]tialis deleri ob ſimilitudinem finalis in voc[illegible] præcedente. Senſus porro erit, fuiſſe fun[illegible]bus & faſciis ligatum recens editum, quo[illegible]

mem

embris eſſet diſtortis, quam rem putamus
æceptam legibus duodecim tabularum, ut
quis diſtortis membris eſſet natus puer, is
garetur faſciis, quo corrigerentur ea mem-
ra, fieretque forma emendata, eoque allu-
m à Cicerone.

brevi tempore creatus) mallem, *brevi tem-
re ei creatus multo quoque tetrior & fœdior na-
us eſt.* Intelligo autem *natum*, qui alias eſt
ius. ut ſit ſententia; diſtortum illum tribu-
um, licet membra ejus emendare quæſiviſ-
nt, paulo poſt tamen ediđiſſe ipſum quo-
ue prolem adhuc deteriorem, ſicut nempe
t, ut parentes vitio corporis inſigniti, ad-
uc vitioſiorem de ſe gignant prolem.

ap. IX. *quem enim ille non edidit*) Quidam
eteres habent *qua enim*, quod placet, præ
ltero. Quia tamen pro *edidit*, in quodam
onæ notæ reperitur *addidit*, poſſit videri
ripſiſſe: *quem enim ille non alliſit.* Sic ſane τὸ
llidere uſurparunt Columella & Scriptores
lii optimæ notæ.

ap. X. *& quidem ſæpe ſedatur*) Puto ſcri-
endum : *equidem & ſæpe ſedatur*. vel, hoc
nodo: *Equidem. Sæpe ſed ſedatur.*

non ſolum nectus) Locus deſperatus, in
uo propterea licebit impune divinare. Pri-
no autem notandum, quod voculam *per* ab
nitio libri multi non agnoſcant. Deinde,
uod pro *nectus* habeant *vectus*. Accedit,
uod in aliquo pro *fuerat*, reperiatur *ſervave-
rat*.

rat. His poſitis, ſuſpicor ſcripſiſſe Cicer- nem: *Quin ipſum Tiberium Gracchum non* . *lum invectus, verum etiam ſublatus interceſ- ſuderat.* Illud *invectus* accipio paſſivo ſen- pro *reprahenſus*, *culpatus*, ſicut hujus gene- à deponentibus formata paſſim reperiunt- plurima. *Fuderat* autem intelligitur ex ſ- quenti *perculit.* Et videtur aliquis ejus exp- candi gratia adſcripſiſſe gloſſam *ſtraverat*, - qua deinde factum *ſervaverat*, quod dixi i- antiquo libro reperiri.

ſapientia majore nihilo) Placet Turneb- legens, *Sapientiam majorum in illo.* Niſi mali *ſapientiam majorem in nihilo.*

nullas in omni memoria) Interrogation- nota, quam poſt *tribunos* vel *plures* collocan- mihi equidem non placet, cum videatu- otioſa. Mallem pro *nullos*, *multos* ſcribere, v- deturque poſtulare, quod ſequitur *fortaſſ- plures.* Certe alias non habet, quo poſſit com- mode referri.

Cap. XII. *popularem ſane*) Ita libri omnes Verum explicari mihi velim iſta. Quo enim ſpectat iſtud *popularem*? Suſpicor, illud *m.* eſſe notam nominis proprii, locumq; toti- valde obſcurum alias, ſic eſſe legendum, at- que diſtinguendum: *Ex his autem, qui magi- ſtratum cœperunt, quod Senatus, efficitur. Popu- lare, Marce, ſane, neminem in ſummum locum niſi per populum venire* &c. Sententia: effi- citur id, quod Senatus ſolet nominari, ex his, qui

ui magiſtratum cœperunt. Quales nulli
um non cœperint judicio populo, popula-
e hoc eſt, quod ad locum ſummum, qua-
s eſt Senatorum, nemo perveniat, niſi per
opulum.

Cenſorem quærat) Mallet Turnebus *quærit*,
ui aſſentior. Debet enim reſpondere præce-
enti, *& late patet.*

ap. XIV. *Sed etiam, quod corrumpunt*) Hoc
miſſum eſt in editione Hamburgenſi, vi-
io librarii, ut arbitor, nam deeſſe non
oteſt.

ap. XV. *extant voces, quam tabella*) Sic
ruterus. Vulgati *vocis*, quod mihi quidem
ectius videtur. Ita ſupra, *nihil ut fuerit in ſuf-
agiis voce melius.* Et repetitur hic locus in-
ra cap. 17. *Ecq; nunc ſit illud, quod à te modo,
Quinte, dictum eſt, ut minus multos tabella con-
emnet, quam ſolebat vox.*

ap. XIX. *Quod qui permovet*) Locus ob-
curus. Turnebus illud *quod* explicat de eo,
uod moveri cœptum eſt in plebe. Mihi
liter videtur, & referendum ad *concilium*.
ermovere autem concilium, puto ſignifi-
are, movere id magis magisque, ac in mo-
endo perſiſtere. Habet enim illud *per* in
ompoſitis hanc ſignificationem aliquando,
t conſtantiam, moram, continuationem
nnuat.

ſunt deinde poſita deinceps) Illud *deinde* Tur-
ebus non agnoſcit, neque dubito, quin ir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

repſerit à gloſſa. Vide, quæ notavi ſupr cap. 11.

meminiſſe maximis) Mallem, *meminiſ ſe maximis*. Nam illud *eſſe* alias non habe quo referatur, nec ex ſequentibus. τὸ *ſe* co modo huc trahitur.

opem referre) hoc eſt, capere auxiliu juvandæ reipublicæ, ſi nimirum addice auguria oſtendat, vel non addicere, qu utile ſit reipublicæ vel noxium. Turneb legit *reipublicæ ferre*. Poſſes ſimplicius, *r ferre*, id eſt, negocio, de quo auguria conſ lenda.

nondum initis) Libri veteres habent *nti* ex quo ſuſpicor ſcripſiſſe Tullium, *viſis*, qui quid alii hic divinent.

negotialis) Valde placet, quod ſuſpicatu eſt Puteanus, ediditque Lambinus, *ne cogi tetis*. Certe omnia hujus loci ſic erunt clari ſima, ſi legatur integer in hunc modum, & diſtinguatur : *niſi maximo comitatu, vetat Nondum viſis ſeditioſis tribunis plebis, ne cogita tis quidem, admirandum &c.*

ſcitum eſt, juſſum in omnes) Locus vald depravatus. Puto autem integrum ſi emendandum. *Cum legis hæc vis, ut ſit ſci- tum & juſſum in omnes. Ferri de ſingulis, niſ Centuriatis comitiis* &c. Sententia eſt clariſſi- ma. Potuit porro facile fieri, ut illud *ut* poſt vocabulum *vis* omitteretur, quoniam iiſdem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſdem fere conſtat litteris, prout quidem in
odicibus antiquis pinguntur.

rata eſſe poſſent, neque ulla privilegij) Tur-
ebus habet *poſſe*, quod haud dubie eſt re-
tum, quia tamen illud *poſſent* occurrit in
lerisque, ſuſpicor ſcribendum, *rata eſſe poſ-
, ſed neq; ulla privilegij*. Vitium eſt ex eo, quia
rimo junctim ſcriptum fuit *poſſeſed*, deinde
ıctum *poſſet*, quod emendans quiſpiam, &
eferens ad præcedens *eſſent*, ſcripſit *poſſent*.

JOANNIS SCHEFFERI
ARGENTORATENSIS

NOTARUM IN PETRONII FRAGM. TRAGUR.

SPECILEGIUM.

TRimalcio) In ipſo codice Mſ. ſicut pu-
blicari fecit Marinus Statilius Amſte-
lodami apud Johannem Blaeu. An.
M. DC. LXX. ſemper ſcribitur *Trimalchio*,
quod putamus rectiſſimum. Gonſalii expo-
ſitio ſi deberet ſtare, non *Trimalcio*, ſed *Tri-
malacio* dicendus eſſet. Nam à μαλακὸς eſt
malacio, non *malcio*, quomodo ab eodem eſt

malacia, item *malacus* & *malacum*, & id ge-
nus. *Malchio* idem eſt ac *Malchus*, de quo
Rittershuſius ad Malchum in Paralip. ad c.
13. l. 11. & Holſtenius in de vita & ſcrips
Porphyrii c.2.

Amicum ergo) Mſ. codex, *amicimur*, quod
eſt rectiſſimum. Finguntur namque re-
è cubiculo venire ad menſam. Et ſequitr
NOS INTERIM VESTITI, dum
nempe Gyton abit in balneum, ipſi veſtiu-
tur, vel ut ante dixerat, amiciuntur.

praſina) Putabam primum ex editis r-
vocandum, *ſparſiva*: nunc muto ſenten-
am, & ſequor Mſ. fidem. Nempe vix pe-
ſuadeor, ut non credam, per Trimalchi-
nem innui Neronem ſubinde. At illius ſt-
dium erga factionem praſinam ex Sueton
eſt notum. Semel dicam, videri Satyram
hanc ſcriptam nō in unum aliquem, ſed plu
res luxu, aliiſque defluentes vitiis, eoqu
nomine publice infames, ipſos etiam impe
ratores. Inde multa in Neronem conve
nientia, ſicut hoc, de quo agimus. Nec ta
men omnia. Quædam enim magis ſpectan
Tiberium, quædam Cajum & Claudium
quædam quosvis alios, quorum nomina ho
die ignorantur.

vibrabant) Mſ. *vibrabat*, ſi ſe recte habe
ante memorata editio. ſed *pila vibrabat* non
poteſt ſtare, quare lectionem vulgatam pu
to retinendam. Vibrant pilæ, quando per
cuſſa

uſſæ ac jactatæ ſe movent in orbem & tremunt, ſicut & *mare vibrare* dicitur Ciceroni, um commotum tremit.

afferretur) Mſ. *auferretur*, quod eſt rectiſſimũ. Impoſitus eſt lecticæ & ablatus, ab eo ilicet loco, ubi luſerat pila, ad triclinium, bi parata erat cæna. Fruſtra pro *afferre* adducit Hadrianides verba poſt ſequentia, *ipſe rimalchio ad Symphoniam allatus eſt*, quia ſermo ibi non de loco hoc, ſed alio. Ab hoc auerebatur, ad illum afferebatur quod cuivis ttentiori manifeſtum eſt.

minimis Symphoniacis tibiis acceſſit) Quis cceſſit? hoc vero textus non oſtendit, ſicut unc eſt editus. Corrigendus igitur ex Mſ.)almatico, legendumque *Symphoniacus*. De ueris ſymphoniacis res eſt nota, docuitque ridem Pignorius. Sed quæ *tibiæ minimæ*? 'utant quidam *mimicas* legendum. Verum nimicæ tibiæ alibi non leguntur, neque hauerunt mimi aliquas peculiares, verba quoque in ſequentibus, *pantomimorum, non patris amiliæ triclinium crederes*, ad tibias nil pertiet. Recte igitur minimæ, quæ minutum edebant ſonum, oppoſitæ longis. Itaque ſequitur, *tanquam in aurem aliquid ſecreto diceret*, quod manifeſte minimas oſtendit. Nam majoribus profecto ſi cantaſſet, talis non potuiſſet videri.

Romam intrabat) Nondum nobis diſplicet hæc codicis Traguerienſis lectio. Quod ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

quis à vulgata non putaret recedendum, le-
poſſet *mœnia intrabat*, crediqúe illud *Roma*
natum ex gloſſa, qua quis vocem *mœnia* e
plicaverat.

in medio picturas haberent) Illud *habere*
eſt in omnibus. At præcedit tantum de ur
pariete, unaque porticu. An hæc duo ſi
gularia reſpicit, num referendum ad hom
nes, ſicut ſolemus in Germanico: Er frag
te/ was ſie da vor Gemälte hätten.

Odyſſeam) Mſ. Tragurianum *Odixeam*
quod non eſt contemnendum. *Ulyxes*, pr
Ulyſſes reperitur ſæpe in codicibus antiqui
& apud noſtrum in ſequentibus: *ſic notu*
Ulyxes.

navis aneum) Mſ. *navis treum*. Puto lectio
nem veram *n. ereum*.

CN. NOSTER) Mſ. Tragurianum
cum noſter. Subeſt aliquid, quod non ſtatim
liquet. Sane illud *Cnejus noſter*, quod habent
editi, nimis humile videtur. Suſpicor ſcri-
bendum litteris quadratis C. V. M. NO-
STER, atque explicandum, *cum voto me-
moria*, vel *contra votum memoria*, aut ſimili
aliquo modo.

in precario aureas numerantem) Manet ad-
huc corruptus hic locus, neque placet am-
plius illud *in precario deprecantem*, tanquam
revera ingratum, nec genio noſtri ſatis
aptum. Mſ. habet *mirantem*, non *numeran-
tem*. At quomodo miretur aureos diſpenſa-
tor?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

or? An ſcribendum *aureaſ.mirantem*, id eſt, *aurea ſigna mirantem*? Signa certe, eaque aurea convenirent precario, ſi precarium eſt prarium ſeu ſacrarium, ut Barthius volebat. Cur autem miretur & illa, quæ familiaris & domeſticus pridem poterat & ſæpius vidiſſe? Dicas, ergo *numerabat aureos* ſervandum. Verum eſt & hic non nulla difficultas. Cur enim numerat in precario vel ſacrario? cur aureos numerat, & non quamlibet aliam pecuniam? An erogabat ſolos aureos in quotidianos ſumptus familiæ? Quid ergo? Videtur mihi noſter ſcripſiſſe *taureas minatur*, idque homines imperitos, cum quid eſſent taureæ, neſcirent, legerentq; diſpenſatorem, vertiſſe in aureos, utque verbum conveniret nomini pro *minatur*, feciſſe *numeratur*. Quæ conjectura ſi eſt vera, retinendum erit in prætorio, intelligendusque locus, ubi privatim quoque ac domi jus dicebatur familiæ delinquēti vel litiganti. Habuiſſe enim inſtar fori veteres domi ſuæ qui familiam alebant numeroſam, cum ex aliis, tum ex ipſo noſtro certum eſt. Cæterum taurea quid ſit, oſtenſum pridem nobis eſt in Notis ad Mauritium & copioſius in de Re Vehiculari lib. I. c. 14.

colaphis objurgare) Mſ. *colaphis objurgari*, quod ſine dubio eſt rectum. Si enim *objurgare* puerum juſſiſſet, puer ipſe debuiſſet hoc facere. At voluit eum colaphis puniri.

projicere prorſus) Alii habent, *rurſus*, ſ[ed] mihi valde placet illud *prorſus*. Antea pro[fe]cto non projecerat, ut nunc rurſus poſt projicere, ſed invito erat elapſa. Ergo rec[te] *prorſus*, & ut hac ultronea, plana, & omn[i]moda projectione monſtraret, quam i[pſi] fiant parvi à Trimalchione tanta rerum c[o]pia abundante.

tangomenas) Vix dubito, quin ſit vera co[n]jectura Cl. Vorſtii *tengomenos nos* legenti[s]. Sunt enim τεγγόμενοι ſeu *tengomeni*, madid[i]. Ita ſententia erit, faciamus nos madidos, v[el] inebriemus nos vino. Quanquam illud faci[a]mus nos madidos valde honeſte hic dic[a]tur, præſertim ſi referatur ad præcedentia quaſi medicamentum quoddam ſit longiu[s] proferendæ vitæ. Si enim vinum vivit lon[gius], ergo ait, vino faciamus nos madidos immergamusque totos, ut beneficio ipſiu[s] vitam conſequamur longiorem. Hæc enim ſubtilitas Trimalchionis eſt.

odopetam) Reineſius poſt omnes aliorum divinationes legit *ſtlopetam*, accipitque de inſtrumento puerorum ludicro, cum cannæ aptant piſtillum, inſerctumque ex charta maſticata globum cum fragore excutiunt. Sed refellunt hanc ſententiam aperte verba præcedentia: *Superque proprium convenientemque materiæ ſtructor impoſuerat cibum.* Oſtendunt *cibum* fuiſſe ut alibi, ita hic impoſitum ſuper ſignum ſagittarii, non inſtru-

ſtrumentum ludicrum puerorum. Quid
go dicendum? Mihi certiſſimum videtur,
ripſiſſe noſtrum *alopecam*. Alopex, Græ-
: ἀλώπηξ, caro muſculoſa eſt circa clunes,
it interiores lumbos, uti Pollux atque A-
ienæus teſtantur. Eam ergo partem im-
oſuerat ſagittario, quia alopex ſimul deno-
it vulpeculam, ſagittario convenientem,
t quam debeat venari. Alopecam ergo con-
enientiſſimam vocabulo tributam ſibi à
ructore habebat, revera partem illam eſt
ove, vel animali alio, quam dixi.

de Laſerpicario mimo Verus codex Dalma-
icus habet *de laſerpitiari omino*. Non poſſum
ubitare, quin lectio veriſſima ſit *de laſerpi-
iario vino*. Argumentum cantici fuit vinum
iſerpitio conditum, quod hic vocat *laſerpi-
iarium*. Mimi locus hic eſt nullus. At de vi-
o canebat apte, qui circumſerebat panem.

nunc quid, nec quare, in cœlum abiit) Mſ.
Dalmaticum: *nunc nec quid* &c. Mihi totus
ocus ita videtur legendus: *nunc vero quid?
nec quare, in cœlum abiit*. Fingit interrogan-
em; at quid nunc eſt, quantum ejus muta-
a fortuna? Reſpondetque, non opus eſt, ut
diu quæras, verbo dicam, abiit in cœlum,
facta eſt tam magna, dives ac beata, ut ſit
diis ipſis ſimilis. Illud *nec quare*, admodum
eſt elegans, occurritque longiori dubitatio-
ni, plane ſicut & Germani ſolent: **Frage
nicht einmahl/ du bedarffſt nicht zu fragen.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Lupatria) Hadrianides, qui ſe reddre nobis bona fide Mſ. Dalmaticum gloriatr, contra eam ſcribit *eupatria*, unius Reineſiẽ cutus auctoritatem. cum tamen in ſequn tibus agnoſcat ipſe Reineſius, non convei re cæteris, cum ſublata dicatur de maĉtrii, non debere illud *eupatria*, niſi per antiphi ſin, intelligi. At quid opus antiphraſi? nc ne æque commode lupa dici potuit? Na ſi cæteræ laudationi ejus non potuit obſta, quod diceret *modo quid fuit? noluiſſes de mau ejus panem accipere*, cur obſtet lupæ vocab lum, cum præſertim joco ita dici potuer, ſine propoſito convitiandi.

babœcalis) Etiam hic contra fidem. H drianides edidit *bacelis*. Non poteſt eſſe d bium, quin in ſumma iſta multitudine fan liæ ſimul ſummum ejus obſequendi ſtudiui noſter attolat: Huc vero nihil faciunt *bac li*, qui per convitium ita dicuntur.

rutæ folium) Quæ de rutæ folio dixi, nec dum diſplicent. Nam quod Reineſius ex ſtimat, agere convivam de Trimalchioni charitate erga famulos, ut rutæ foliis, ce roſæ ſubſtratis eos collocare non dubitet nullo modo poteſt convenire. Præcedi quippe, *puto non decimam partem eſſe, quæ do minum ſuum novit*. Si tot ſervi ignorarun dominum, quot contra dominum putamu ignoraſſe ſervos? unde ergo illa charitas ir ignotos, & à ſe partem maximam non viſos:

Sed

ed & contrarium conſtat manifeſte exp. o. & 23. Ad poſtremum toto hoc loco memorantur facultates Trimalchionis, opes otentia. ad quæ quo pacto poſſit pertinere la charitas ? At vero ſervorum obſequia on parum ea declarant.

credræ) Dixi, *lanæ erytræ* legendum videri. Mallet Reineſius *poledræ*, ut ſignentur reges equorum. Mihi non perſuadet. Scilicet de rebus peregrinis varioque ſermo eſt hoc loco, quod apparet ex pipere & lacte gallinaceo. Dicit, ea, quæ ab aliis è regionibus longe diſſitis petuntur, Trimalchionem omnia habere nata domi. At cui naſci equos domi ſuæ, quam poſſit habere admirationem ? Longe minus iſtuc quadrant *cretæ*, quas in textum etiam aſſumſit Hadrianides contra Mſſ. fidem. Cretarum enim vulgatiſſimus & frequentiſſimus in iis locis ſemper fuit uſus, neque peregre accerſebantur.

lac gallinaceum) Mſ. Tragurienſe habet *lacte*, unde arbitror transpoſitis litteris legendum, *lac & gallinaceum*, idque eo magis, quia illi & ineſt emphaſis huic loco apta & prope neceſſaria.

ſi qua Deus) Mſ. ſæpe dictus, *ſi quo Deus*. An vera lectio, *ſi quod Deus*?

liberti ſcelerati) Dixi, aliquid videri hic deeſſe. Negat Hadrianides, & verba, *liberti ſcelerati* putat eſſe plurativa. Nempe reſpicit illud ſequens *ad ſe fecerunt*. At hoc non

reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

reſpondet verbis *liberti ſcelerati*, verum p... nomini *qui*, quod ſi abeſſet, id quod vult H... drianides, procederet. Nunc cum adſit, ... bebit is oſtendere, a quo regetur τὸ *liberti ſ... lerati*, nam ſi abeo, quod præcedit, *non ſua c... pa*, quod arbitror, *liberti* utique non pot... eſſe numeri pluralis.

fericuluſta) Dixi, *ſericulus* videri legendu..., accipiendumque de homine alias ſerio ... gravi, nec jocis multum dedito, qualis di... tur Ulyſſes fuiſſe. Reineſius τὸ *ſericulus* a... plectitur quidem, ſed exponit de eo, qui ... ro incipit diſcere. At hoc quomodo vel ... locum hunc, vel omnino in Ulyſſem qu... drat, fateor me non intelligere. Herma... nides edidit: *ſicut illi ſericulo*: *melleam habu... praxin*, quod nec cum Mſ. convenit, ne... idoneum ullum habet ſenſum.

laniones) Locis aliis à me allatis pro ha... lectione, adde Caprum, qui ſic in de Orto... graph. *Dixerunt tamen & veteres lanio in no... mine.*

præmala ſua) In Mſ. eſt *premala*. Suſpi... cor lectionem veram eſſe, *quibus per mala ſu... cornua naſcuntur*. Per mala, eſt propter ma... la, id eſt calamitates, damna ſua, vel labore... ærumnoſos. Illud *cornua naſcuntur* ſpeciem proverbii habet de iis, qui incidunt in ægritudines graves ob multiplices curas & ſollicitudines.

pileatus) In ſignum manumiſſionis pri-

dianæ

anæ , quia ſervi manumiſſi recens ornantur pileis. Sequitur enim, *tanquam liber- in convivium venit.* Servire tamen pileus ionyſio manumittendo debebat, ut liquet ſequentibus. Atque hæc inventi novi ra- o ingenioſa ſcilicet.

duravi interrogare) Recte, quod jam an- a oſtendi. Sunt, qui τὸ *durare* non ſatis la- ne putant apponi verbo alii. Sed revellit s etiam Silius, qui ſic lib. X.

Haud ulli durant viſus æquare volantem.

circumeuntes puerum) Mſ. Tranguriénſe, *rcumeuntem puerum*, quod eſt rectiſſimum.

perbaſiamus) Mallet Reineſius, *ter baſia- mus*, quia verbum *baſiare* alias cum præpoſi- one tali junctum non legitur. Atqui mul- apud noſtrum, quæ & ipſa non leguntur libi. Nec adverſatur ratio, cum ſic *perbibo* pud Plautum, *perdeſpuo* apud Catullum re- eriantur. Ipſe noſter tali modo uſurpavit erbum *percoquo.*

pataracina) Reineſius in litteris ad Nob. Heinſium, præter ea, quæ publice ſunt edi- a, ſic habet: *Legebam* par duracina, *intelli- ens* perſica. *Sed cum hujus convivatoris ebrij rmonem, clamantis*, diem nihil eſſe, dum te erſas, nox fit, itaque nihil melius, quam de ubiculo recta in triclinium ire , *accuratius xpendo, apparet, queri eum de nimis icto diei & imul cœna tranſitu. Iam enim ſurrexerat Tri- nalcio, & videbatur quoq; convivis faciendum idem.*

idem. Quare velut abiturus è convivio pata-
cina, *vel ἐπεκτεταμένως pataricanæ, intellige c*al-
ceamenta vel ſandalia, nimirum quæ accubi-
*rus ex more depoſuerat, popoſcit. Ita Naſidie*n*i*
cœna pater apud Horatium II. ſat. 8. ſoleas, &
*Dinarchus ſurgens è convivio apud Plaut*i
Truc II. ſ. 4. v. 12. Cedo ſoleas mihi, prop-
rate, auferte menſam, *inquit. Sunt autem*
*πατάρων σανδάλια, σανδάλια παντάρικα, Pata*r*æ*
*Lyciæ confecta, quod genus ἐπίχρυσα fuiſſe not*a-
mus apud Lucianum in Dial. ἑταιρ. Dorionis
Myrtales. Scilicet adjectivum neutro genere po-
*tum ſubſtantivaſcit, quod in re veſtium ſcripto*ri-
*bus uſu venit. Pataracana igitur, ut calceame*n-
*ta ſubintelligantur, dicuntur ut apud Luciliu*m
Luc. l. 4. Cornif. ad Herenn. lib. 4. c. 3. juxta le-
ctionem editam, & Virg. in Cyr. v. 169. Sicyo-
nia, *pro calceis Sicyoniis, quos Cic. l. de Orat* e*t*
*Luc. l. d. ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος appellavi*t,
& ut Martialis l. 9. ep. 50. vetera Corin-
thia, *pro vaſis Corinthiis veteribus, & apud Se*ne-
cam de Tran. c. 11. patricia, *pro calceament*is
propriis patriciorum. Obſervandum ſimul, pa-
taricana accipi συνεδοχικῶς, nomine ſpeciali in
*generalis locum adhibito, pro ſoccis, in quibu*s
ibant discubitum. Hæc prolixe ſatis Reine-
ſius, verum fruſtra. Certe omnia contrario
ſe habebant modo in cœna, quam ipſe pro-
dit. Exit quidem Trimalchio, ſed ut nemi-
ni ſuſpicio poſſet eſſe finiti convivii, Trimal-
chionisque non reverſuri. Menſa plena erat
cibo-

orum, nec quales circa finem cœnæ, ſed tio vel medio apponi ſolebant. Quædam cula recens habebant illata. Deinde prædit manifeſte, *nos capimus invitare conviva- ſermones* Antea proximi ſolum inter ſe loti erant. Nunc omnium incipiunt miſceri mones, nemo cogitat de abitu. Denique c ipſe ſtatim queritur, tempus cœnarum eve eſſe. Cur ergo ante alios feſtinet ſcatque ſandalia, priusquam id faceret us? debuiſſet pro ingenio ſuo expectaſſe tem abitum reliquorum. Quare melius, od ante conjectaverat de duracinis. uanquam *par duracina* pro *par duracinorum* omodo Reineſius tueri valeat, non viden. Mallem ego illud *pa* in *pataracina*, quod ſ. habet, credere ſcriptum eſſe per compndium, & pro eo *poma* legi oportere. Ut t poma duracina, quæ alias ſimpliciter *racina*, genus perſicorum. Niſi quis malit *ma Taracina*, vel *Tarracina*, & intelligere ta in Tarracina: Campaniæ oppido, cujus entio apud Livium occurrit. Licet hom pomorum apud alios, quantum ego poi obſervare, altum ſit ſilentium. Juvat njecturam hanc, quod Trimalchio infeis dicatur habere prædium Tarracinenſis confine.

& mundum) Poſt conjecturas omnes to locum ſic legendum : *nihil eſt melius, am de cubiculo recta in triclinium ire & inun-*

ctum

ctum. Frigus habuimus. Exiſtimat balnem & unctionem, quæ ſolebat cœnæ præmii, poſſe negligi, quo longior fiat cœna. F. mant conjecturam verba convivæ alteri, *& ego non cottidie lavor.*

matus ſum) Nihil hic mutandum. *Ma* eſt *humidus, madidus.* Gloſſæ Iſidori: *M. tum eſt, humectum eſt, emollitum, infectum.*

vinum mihi) Mſ. Dalmaticum habet *nus*, quod non contemno, vel propter Gr. cum οἶνος, unde formatum eſt. Nam Græci uſurparunt οἶνος & οἶνον, cur non cerint & Latini dixerintque *vinus* & *num.*

baliſcus) Veram cenſeo ſcripturam, *b. niſcus*, ut ſit diminutivum à *balneus*, ſicut *calatus* eſt *calatiſcus.*

homo bellus) Puto hæc corrupta, & corrigenda diſtinguendaque: *Fui enim ho in funus. Homo bulla eſt. Jam bonus Criſant animam ebulliit.* Præceſſiſſe quid de bull docet verbum *ebulliit*, & quod ſtatim ſeq tur, *non pluris ſumus, quam bullæ* Sed & voc bulum *homo* prope otioſum eſt, niſi ita lega cum mox Chriſantus nominetur.

finis tamen) Reineſio placet *cinis tamen* explicatque de cinere muſcarum, explen alopecias aliosq; curante morbos. Vereo ne ſic fiat doctior ſermo, quam ut Seleuc competat. Quid, quod ambiguam & dub am habeat ſententiam. Ecquis enim, qua

d

o legit *cinis*, de muſcarum cinere hic ſtatim ccipiat ? In Mſ. Dalmatico eſt *fum*, ex quo atavinus fecit *fumus*. Ego arbitror ſcribenum *fumus* eſſe. Vitam humanam fumo omparari tam eſt frequens, quam quod frequentiſſimum.

animi conſolatio) Nihil patior hic mutari. ult quidem Reineſius *mimica conſolatio*. ám, ait, conclamatos bonæ ſpei figmento ſtentat. At ſi ſuſtentant, quomodo ſunt imica conſolatio ? Mimicum enim intellio, quod tametſi verum imitetur, verum men non eſt. Ita mimica conſolatio non it conſolatio, licet conſolationem imiteur. Si medici tantum ſunt mimica conſotio, id eſt, non conſolatio ? quomodo poſint ſuſtentare ? Debet, qui ſuſtentare vult, eras, non mimicas afferre ſuſtentationis auſas. Quare à ſcriptura veteri non receo. Nam ut male cenſeamus de Seleuco, auſſa nulla eſt. Plane noſter dicit, quod abius Declam. 8. *Fato vivimus, languemus, invaleſcimus, morimur: Medicina quid præas, niſi ut juxta te nemo deſperet.*

ſed mulier milvinum) Mſ. codex habet: *ed mulier quæ mulier milvinum genus.* Puto eram eſſe lectionem, modo ita diſtinguaur. *Sed mulier quæ. Mulier milvinum genus.* erba, *ſed mulier quæ*, cum apoſiopiſi profeuntur, omiſſis, quæ debebant ſequi. Inte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

gre eſſent; *Sed mulier quanam, quæ virum p·um ex toto pectore ploret?*

ac ſi in puteum conjicias) Locus eſt integer. *In puteum quid conjicere* locutio provibialis de iis, quæ perduntur, unde nulli fructus ſperari poteſt. Quomodo Germani de ſpe, quæ decollavit, ſie iſt in den Brunnen gefallen/ *delapſa eſt in puteum.*

manu uncta) Invertendum cenſet Reinſius, in literis ad Nob. Heinſium. *Deſcrib,* ait, *hominem* εὐεργετικὸν, *liberalem & largitorem, ſimul* ἑστιάτορα *& hoſpitalem*, φιλοδειπνισ *ſed prædicata non conſentiunt ſubjectis, niſi pe mutentur. Lege igitur*, fuit manu plena, cœna uncta. *Manus plena apud Ciceronem qu que & Senecam. Prius illud* (*ut* para manu *apud Mart. XII. ep. 63. avarum & reſtrictum cœna uncta poſterius dixit. Unctum Horatio a Arte v. 422, eſt lautum, delicatum, opimum.* Unctior cœna *Martialis V. ep. 45. pro inſtructa electiſſimis cibis, quam ibidem* culinam majorem, popinam divitem *appellat. & Perſi Sat. 4. v. 12.* uncta vixiſſe patella ſemper, e, ἐυωχεῖσθαι, ἐυφραίνεσθαι καθ' ἡμέραν, *ſplendid & opipare jentare, prandere, cænare.* Sic Reineſius. Sed fortaſſe cauſa nulla neceſſaria quæ nos ad hanc tranſpoſitionem compellat. Poteſt enim *manus uncta* intelligi aptiſſime, lubrica, & quæ ſinat effluere, quicquid accipiat.

malam parram) Adſcribam & quæ de hoc loco

)co cenſuit Reineſius. *Vera*, inquit, *ſcriptu-*
ı & lectio ad mentem auctoris fuerit; male por-
ɔ ambulavit, *quod p*: 10. *dixerat*, male vacil-
ıvit, *figurate de eo, cujus res & fides dubia erat,*
ʃ inclinari potius ac trepidare, quã ſtare videba-
ır, Firmat hanc lectionẽ tã id, quod præceſſit, de
us manu & cœna, quam id, quod ſequitur de
:correctis coſtis, *quo rem ejus ſuſtentatam re-*
ıtutamque fuiſſe perceptu uberis vindemiæ ſigni-
catur. Totum autem hoc ex anatome humani
ɔrporis explicari & intelligi prorſus poteſt. Spina,
ῥάχις, canalis oſſeus, conſtituens dorſum, eſt id,
ujus beneficio animal ſtat, movetur, graditur,
ɛctitur, curvatur, obliquatur, eamque ideo ca-
ınæ in navi comparat Galenus 3 de uſu part. 2,
inquam fundamentum 12 de uſ. part. 13 cap. 3.
'um autem ſpinæ vertebris annexæ ſint per diar-
hroſin coſtæ, fieri non poteſt, quin, quocunque mo-
'o oblæſa luxata, contorta ea, etiam hæ natura-
em ſuam conſtitutionem uſumque amittant, &
inc animalis inceſſus, progreſſus, ſtatio, flexio vi-
ıetur: ſequuntur autem gibbi, claudicatio, &
lij circa motum ſive defectus, ſive deformitates,
uæ tamen ſola repoſitione luxatorum, & diſtor-
orum rectificatu corriguntur. Hæc ſi applicentur
ıerbis noſtri tropicis, ſimpliciſſimum optimumque
eddent ſenſum, quem propoſui. Reineſiana iſta
ıuamvis longiora, volui apponere, quia
ɔaucis adhuc viſa, cum Appendix noſtra ad
ıotas Petronianas in pauciſſimorum vene-
:it manus. Quanquam nobis quidem iſta

 emen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

emendatio haud placeat. Et qui probab illud *porro* doctis auribus Reineſius? quan hoc loco habebit ſententiam? Præterea *illu mentem ſuſtulit*, quod ſequitur, intelligi vi poteſt, niſi quid præmiſſum habeatur d mento demiſſo. Puto igitur pro *& inter* le gendum, *At inter*, facta nova periodo, u ſint verba objicientis & vult refutantis præ cedentia. Niſi quis rectius exiſtimet, *at initi male portam pilavit*.

oracularios ſervos) Nihil puto hic mutan dum. *Servi oracularij* videntur dici, qui ora cula fundunt, futuraque prænuntiant, quo rum fidem eſt ſecutus in inſtituenda merca tura. Et habuiſſe veteres ejusmodi quan doque ſua in familia vel ex ſacris novimus Ita namque legitur in Actis c. 16. *Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem ſpiritum pythonem obviare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat domini ſuis divinando*. Reineſius voluit oricularios, quod Hadrianides contra fidem Mſ. Dalmatici recepit in textum.

cui datum) Puto, locum totum ita diſtinguendum: *Tamen verum (quod frunitus eſt, quamdiu vixit) cui datum, eſt, non cui deſtinatum*. Sententia, verum eſt, quod ſit illi, res familiaris ſcilicet, pecuniæ multum, cui datum eſt, non cui deſtinatum. Datur nempe ſecundum ipſius ſententiam à fortuna, deſtinatur à fato. Id quod datur, eo ipſo, quia

datur,

atur, etiam habetur. At vero id, quod de-
inatur, nondum habetur, ſed ſperatur tan-
ım. Poſſunt autem plurima intervenire,
uæ ſpem eam evertant, & deſtinationes
ddant irritas.

olim oliorum) Puto adhuc, rectum eſſe,
olierarium. Gloſſæ Iſidori: *Famellarius femi-
is deditus, quem antiqui mulierarium vocant.*

jam annum eſurio) Mſ. Dalmaticum: *jam
nnum eſurio. fuit adiles male eveniat.* Non du-
ito, quin legendum ſit, *jam annum eſurio tui.
l adilibus male evenita*. Plautus Perſa 1, 3, 23.
ſurio venio, non ſaturio.

peridopabant) Mſ. Dalmaticum: *percolopa-
ant*, An ſcribendum eſt, *percolaphabant*? ut
nſus ſit, depalmabant pugnis. Videntur
colapho potuiſſe formare verbum *colophare*,
uomodo à *pugno*, *pugnare*. Ita *percolaphare*
ſſet frequenter colaphis percutere.

quid aſia dis) Reineſius putabat, *quid Aſia-
ici*, quod ſine cauſa Hadrianides recepit in
extum. Dicit quidem Reineſius, reſpicere
'erſas, qui frugalitate victus conſecuti
rant, ut ne quidem expuerent. At tam do-
ta ebrio Phileroti veniri potuiſſe in men-
em, quis crediderit? Nam ipſius quidem
etate iſtam Perſarum vulgarem fuiſſe fru-
alitem, neutiquam perſuadeor. Dein cur
ocaret Aſiaticum, quod privatim erat
Perſarum, ac æq; facile Perſicum dici pote-
at? cum præſertim Aſiaticum illa tempe-

 ſtate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſtate ſignificaret contrarium, luxum nemp diffluens, molle, effeminatum, quod jam p dem Paremiographi docuerunt.

non habemus) Reineſius: *nos habemus*. V rum haud perſuadet. Nempe trium ca nearum ædilis, vilis ille quidem, ſed tame trium caunearum. At vult noſter agere vilisſimo ac pretii melius, ne quidem min mi, ne quidem trium caunearum. Plane Germani, der nicht drey Heller werth iſt.

pannos meos) eleganter per figuram dim nutionis: rem, ſupellectilem, veſtes mea vult dicere, ut Germani, mein Armůtlein Nihil ergo hic mutandum.

ædilibus fieri) Nondum videre poſſum quid ædiles hic faciant. Explicatio Hadria nidis eſt inconveniens huic loco. Quomod enim cohæreant, ædiles ſunt in culpa, nem enim cœlũ cœlũ putat? An, quia nemo cœ lũ putat cœlũ, ideo fit per ædiles, ut ſit cha ritas annonæ. Poſſet tamen pro *ædilibus* leg nõ *cœlitibus*, ſed *à ditibus* hac ſententia: Ita mihi meisq; bene eveniat, ut ego puto omnia hæc, quæ nobis annonam reddunt artam, fieri à divitibus, lucrum ſuum captantibus, cum ſumma numinis negligentia & contemptu.

nec hæc ſua) Puto, illud *ſua* eſſe poſitum pro propriis, pertinentibus ad cujusque naturam, ut in illo, *ſuum cuique pulchrum* & apud noſtrum *ſuus hæres*. ut ſit ſenſus: non

ſunt

unt hæc propria regionis hujus coloniæ, ed potius morbi, quo nunc laborat, culpa pulentiorum, qui & lucri ſui cauſſa ægenos remunt, & deos ipſos impiiſſime contennunt.

excellente inter duo) Scribo plane, *excelns & inter duo*, hoc eſt, licet tantum darenur duo, illud tamen excellens eſſet. Conunctio & hic valde emphatica litteris conerſis adnexa eſt vocabulo præcedenti, ex uo corrector fecit *excellente*.

caldicer, ebrius) Reineſius vult, *caldicor*, & exponit eum, qui ſit θερμοκάρδιος, quod haud placet, quoniam analogiæ ratio eſt nulla. Non autem dubito, quin ſcribi debeat, *caldi cerebri* nã *ebrij* vox hic otioſa eſt. *Caldi cerebri*, qui una voce alias eſt *cerebroſus*.

quid utique) Hoc vitioſum eſt. Sententia eſt clara; dicit, ſe hoc certo poſſe de eo tradere, ut qui ſit domeſticus ipſius, adeoque cognitos ipſius habeat mores. Sed quia hoc non volunt verba, ſicut nunc leguntur, ideo hic ſuſpicor, aliquid abeſſe.

mixcix) An ſcribendum *comixius*, ut ſententia ſit, non eſt garrulus vel nugator, qui multa dicat in vanum. Gloſſæ Iſidori. *Comixius, verboſus, loquax*.

jam manios) Reineſius putat, *mannos*, id eſt equulos, burichas, quod & Hadrianides recepit in textum. Sed improvide, ut non pauca alia. Nam loquitur noſter de rebus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

omnimodo diſtinctis, quod conjunction repetitio teſtatur. Itaque nec dici poterit quod pertinuerint ad eſſedum. Et diverſum nos oſtendimus in libro II. de Re Vehicul. c. 23, habuiſſe nempe junctos equos vel mulos, ubi & cætera hujus loci explicavimus.

occidit de lucerna equites) Reineſius vult *exhibuit de lucerna pedites*. Nimis immutantur multa. Et lubet ſcire, quid ita dicantur pedites, qui ſimpliciter intelligi debent gladiatores? Nemo ſane unquam pedites pro gladiatoribus uſurpavit. Quare maneo in mea ſententia, & locum ita ſcribo diſtinguoque: *jam meliores beſtiarios vidi (occidit & de lucerna equites, putares eos gallos gallinaceos) alter burdubaſta* &c. Occaſione gladiatorum etiam hoc commemorat de equitibus, velut quod ei revocatum ita eſſet in memoriam, ſed in parentheſi, dicitque pugnam cædemque eorum non eſſe factam pluris, quam ſi galli gallinacei ad pugnam inter ſe dati occiſive fuiſſent.

argutat) nugatur. Propertius lib. I. & 6.
Illa mihi totis argutat noctibus ignes.

noſtra faſcia) Reineſius has faſcias accipiendas putat de faſciis infantum. Fruſtra. Locutio deſumpta eſt à mercatorum conſuetudine, qui unius generis merces una faſcia includunt. Res eſt hodie quoque receptiſſima. Plinius lib. XV. c. 17. *Liguria uvas ſole ſiccatas junci faſciis involvit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

iam quatuor partis dixit) Verus codex Dalmaticus, *jam quatuor parti dicit.* Ex quo colligo, ſcribendum, *jam quatuor par didicit.* hoc eſt, didicit, quatuor, ſeu numerum quaternarium eſſe par, ſeu parem. Incipiebat ex more veteri à mathematicis & arithmeticis, diſcebatque, qui eſſent pares numeri, qui impares. Quæ Reineſius hic habet, ad rem parum faciunt.

etiamſi tum naves) Reineſius, *etiamſi cum nauſeat.* Hadrianides, *etiamſi in nave*, quod & in textum recepit. Sed ſunt omnia ab hoc loco alieniſſima. Scribo & diſtinguo: *Et bono filo etiam. Sin aves; morboſus eſt.* Illud *aves* manifeſte probant ſequentia, *ego illi jam tres cardueles occidi*, nec poſſunt intelligi aut cohærere ſuperioribus, niſi ad hunc modum emendentur. *Naves* & *nauſea* huc nil faciunt. At *Sin* poteſt habere dubitationem, licet etiam in Mſ. Dalmatico legatur, *& bono filo etiamſi in naves*, unde illud *Sin* haud ægre conficitur, cum totidem extet litteris, ſemper dura eſt hic reticentia, & ellipſis verbi *adimo* vel *renuo*, ſuſpicorque potius, non integrum eſſe locum.

ſed venit dem litteras) Suſpicor legendum, *ſed vendit identidem literas, & non vult laborare.* Senſus apertiſſimus. Bene autem *vendit literas*, & in oppoſito ad ſequens, *quicquid dederis, contentus eſt.*

conſtremum) Hadrianides in textu edidit

tonſorium, quod miror. Qui enim artificium tonſorium docere voluerit illum filium ſuum, antequam didiciſſet? Deinde quomodo conveniunt, *tonſorium & praconem*? Sicut *praconem* ſubſtantivum ſequitur, ita ſubſtantivũ aliud oportet præceſſiſſe, quod illi reſpondebat, ut vel ex conjunctione manifeſtum eſt. Itaque non video, cur illud *tonſtrinum* debeam repudiare.

theſaurum) Quæ antea ſcripſi de voce *theſaurum* confirmantur & à Capro in de Ortogr. ubi habet ita. *Theſaurum dicendum eſt. & theſaurus.*

penthiacum) Reineſius ſuſpicatur *phaſiacum*, id quod & in textum recepit Hadrianides. At ego ruſticos apponere unquam phaſiacos conſueviſſe, ſaltem per Italiá, ubi hæc finguntur geſta, hodie haud crediderim. Subeſt aliud genus cibi ruſtici & vulgaris, forte *denticem* aut *encitum*.

poricino) Reineſius vult *pernicillo*, quod aſſulam exponit, & recepit in textum Hadrianides. Sed *extorquere pollicem penicillo* pro *luxare aſſula*, miror Reineſium cuiquam potuiſſe approbare. Adde, quod *penicillo* à *poricino* abeat longiſſime, quod ne ipſe quidem non agnovit Reineſius. Quare mallem credere, ſcripſiſſe noſtrũ *emporicino*, vocabulo compoſito ab ἔμπορος & κοινὸς, quod viatorem per mare facientem iter, eumque converſatione gaudentem ſignificat, aptiſſimeque

eque quadrat in Ulyſſem. *Em* in *emporicino* ſo: pſit ſyllaba ultima vocis præcedentis.
in ampulla) Reineſius in litteris ad N. einſium: *Lege*, embolo ἔμβολος, ἔμβολον *t omne, quod è plani ſuperficie, velut ei inſer- m immiſſumve tignum eminet & protuberat, que, ut de eo ſuſpendi poſſint, quæ velimus, apiū, utulus, palus, paxillus. Sicut ambo, qui parie- adſtructus eſt, extatq; ſuper eo figura rotunda, el cunei forma, in ſpecie roſtrum navis ære mu- itum, quo adverſariæ tam extra aquam, quam ib ea vulnerari ſolent,* ἔμβολον *Polluci lib. I. c. 9. uida, & Noſtro in editis*, embolum navis æ- eum, τῆς νεὼς τὸ πολεμικὸν σιδήρεον *Varino, em in machina hydraulica apud Vitruvium lib. X. c. 12. aliud De trabe pependiſſe Sybillam in ſi- nulacro, & reſpondiſſe ſciſcitantibus paulo veri- imilius, quam incluſam merſamve ampulla.* Hæc Reineſius, quæ tamen omnia refellun- ur ipſo genere ſermonis. Quomodo enim n embolo dici poſſit pendere, quæ, ut ipſe it Reineſius, pendebat de trabe? Differunt ſta toto cœlo, *pendere de embolo*, & *pendere in mbolo*. In embolo pendere non potuit, quia embolum non fuit cavum, ut in eo poſſet recondi. Nec de embolo, quia clare noſter, *in ampulla*. Nondum itaq; à vulgatis recedo, cum præſertim Mſ. ipſum eis faveat, habeat, que *ampolla*, minima mutatione, neque ſit tam inſolens, ut in urnis, ſic in ampulli oſſa cinereſve defunctorum condere, ut Reine- ſius velle videtur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

certe nolunt) Hæc non ſunt ſana. Suſpa-bar olim *cæteri nolunt*, nunc hæreo, vereq; altius ſub eſſe malum.

Hemerotes pugnaſſent petractis) Nimis co-fidenter Hadrianides, Reineſii ſecutus co-jecturam, in textu fecit, *Hemerotes ſigna eſſe veritatis in poculis.* Ecquis enim quæſo ſens fuerit horum verborum? Mſ. Dalmaticu habet: *Nam Hemerotis pugnaſſet petranis in poculis*, in quibus manifeſta ſatis *pugnas ſ*. Cætera non aſſequor.

perimadeia) Reineſius, *perÿ ma deia.* M ror profecto, viro doctiſſimo potuiſſe h excidere. Quomodo enim integra famil diceret, *perÿ*? Deinde qui dicit *perÿ*, qua ra-tione feratur *concinere.* Qui concinit, deb uti fauſto jucundoq; vocabulo, quale profe-cto non eſt *perÿ*.

nocte villici) Mſ. Dalmaticum *naſte*. Late nomen proprium ejus villici ſub hoc voca-bulo. Scribo, *Naſſa*.

animalia Cromataricas meras eſſe) Hadria-nides vult, *animalia & oramata*, quã ſuã con-jecturam, tanquam certam, recipit & in tex-tum. Ego veram lectionem puto, *animalia ac tomata caricas meras eſſe.* Primum *tomata* vocat, quæ alias ſunt *taumata* Græcis θαύμα-τα, res viſu mirabiles, aptiſſimo huic loco verbo. *Taumata* & *tomata* promiſcue poſ-ſunt dici, ut *aula* & *olla*, *caudex*, *codex*, *caupo*, *copo.* Deinde *caricæ* ſunt ficus. Porro ficubus

lude-

lu ebant pueri. ergo *carica mera* proverbia-
li enere dicuntur res ludicræ ac pueriles,
peris convenientes. Id quod iterum huic
lco eſt aptiiſſimum. Alios putat Trimalchio
p ſe oblectare ſe minutis rebus, tan-
qum pueros, ſe vero vivum & intelligen-
ten talium, capi ſolis gravioribus illis, in
qibus ſcilicet conſiſtat ars vera atque abſo-
lua.

Quod non expectes) Hæc ſic debent ſcribi:
uod non expectes, ex transverſo fit, & ſuper nos
—— fortuna negocia curat.
Quare da nobis,
—— vina Falerna puer.

Snt duo hemiſtichia, quæ ideo notanda, ut
itelligatur, quæ fuerit cauſſa, quod facta ſit
rentio poëtarum.

accepit paſſeres) Male hæc diſtincta viden-
tr. Scribo: *cultrum accepit. Paſſeres & mu-
ſcarium: uvam paſſam & mel Atticum: Cena-
ria & forenſia: offlam & tabulas accepit.* Illud,
ſſeres & muſcarium ſunt titulus apophore-
;ſequitur deinde ipſum apophoretum, uva
aſſa nempe, quæ intelligebatur per paſſe-
es, & mel Atticum, quod intelligebatur
er muſcariū, quia fit per muſcas. Apes enim
eciem muſcarum præ ſe ferunt, & vice
erſa Heliogabalus muſcas, *apes manſuetas*
ppellavit. Sic alius titulus, *cenatoria & fo-
renſia*: apophoretum, offla, quæ intelligeba-
ur per cenatoria, quia offula pars cœna, &
tabu-

tabulæ, quæ intelligebãtur per forenſia, q'a
tabularum uſus eſt in foro. Verbum *accep*,
ad utrumque apophoretum refertur, nec e
deeſt aliquid hoc loco.

Canalem &) Etiam hæc ſic diſtinguen
Canalem & pedalem : lepus & ſolea, eſt alla,
Murenam & litteram : murem cum rana a-
gatam, faſcemque betæ. De cætero ſunt in-
gra, & exponenda, ut ſuperiora. *Canalis*
ctum, quod ad canes ſpectat, ſicut *pedal*
quod ad pedes. Illo innuebatur lepus, h
ſolea. *Canalem & pedalem* ergo habemus t
tulum apophoreti. Similis titulus eſt *mur*
nam & litteram. Per *murenam* innuebat
mus cum rana. quia mus rana differt u
tantum litera à murena. per *litteram* faſcic
lus betæ, quia beta inter litteras. Notũ illu
Juvenalis *alpha & beta puellæ.* Fruſtra ſe
torquent, qui hæc emendant, vel aliter in
terpretantur. Omnia ad jocum erant facta
tituli erant joco confícti, his reſpondeban
apophoreta, ſed & ipſa non niſi jocoſa ex
plicatione.

bellum pomum) Reineſius vult, *momum*.
Sed ſequitur *larifuga* in primo caſu, ex quo
veriſimile, tali caſu & hoc poſitum fuiſſe. At
vero *momum* quarti caſus eſt. Manet ergo
locus mea ſententia corruptus. Nam nec *pro-*
mum noſtrum amplius placere poteſt.

emit lana) Reineſius vult *Lamia*, quia co-
gnomentum hoc in familia Ælia. Sed ſer-
mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ro eſt de Aſclyto. quomodo ergo nunc fit *lumia*, vel in familiam venit Æliam? To-ts locus hic eſt valde obſcurus & corru-pus; quid enim vult illud *pater*, quod præ-cdit? quis eſt pater ille, aut cujus eſt pater? I;o ſcribam feſtinantem per compendia pu-t primum ſic ſcripſiſſe: *numquid g. nter fœ-m emit l. a. n. a.* ex eo deinde factum, quod unc præferunt codices. *G. nter*, vel *ga. ter*, t *Gajus noſter*, quomodo & in ſuperioribus rimalchionem vocant. *l. a. n. a.* ſignificant *uinquaginta nummos aureos.* Ut ſic locus to-is integre videatur ſcribendus: *Numquid ajus noſter fœtum emit quinquaginta nummis reis? at eques Romanus es.*

lamellulas paravi) Hadrianides putat po-tas has lamellulas pro argenteis, æreis, & d genus vaſis ac ſupellectile, quod mihi non erſuadet, nimis enim dura eſt figura. Rei-eſius exponit lacus, piſcinas, rivaria, à la-is. Sed qui agros ac glebas emit, habet has re ſociatas, nec parantur ſeorſum. ſaltem mellulæ pro piſcinis durum eſt, cum ne ſæ lamæ quidem tale quid ſignificent, ve-um loca depreſſa, in quæ aquæ pluviæ con-urrunt. Putem ego, ſcripſiſſe noſtrum *ſa-mellulas*, & intellexiſſe ſemina, quibus ulma-ia fiunt, Columellæ deſcripta lib. V. c. 6. *amellula* eſt à *ſamera*, ſicut *puellula* à *puera*. Nam à *puera* eſt *puella*, & *puellula*. ſic ergo & *ſamera*, *ſamella*, & *ſamellula*. Hoc itaq; vult,

ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſe emiſſe ſibi terræ aliquam portionem, & in ea feciſſe ulmarium, conſeviſſe ſpatium illud ulmis.

maliiſto) Ex *maliiſto* facile fit *maliſto*, n ita *macariſto*, quod vult Reineſius. Et dic mox, unguem ejus pluris fuiſſe, quam ali rum totum. Debebat ergo eſſe maliſtos, enim unguis meus ſuperet alterum totum, oportet me eſſe multo majorem altero, n huc facit τὸ μακάριστον.

cepa pirrata) Reineſius nimis confidente ut ubique fere ſolet, *pica cirrata*. Ego puto l ctionem iſtam poſſe retineri, ſi *pirrata* expl cetur de induta aut veſtita *pirro* ſive *birr*. Pirrus ſive birrus (utraque ſcriptura reper tur) eſt de genere lacernarum, ſic dictarum à colore, de quo ſatis, qui veſtimenta vete rum expoſuere. Ab hoc *pirro* videtur for matum *pirratum*, ſicut à *pileo*, *pileatum*, à *cal ceo calceatum*. Et habebant iſtiusmodi lacer nas pueri ſervique etiam, ut ex locis veteri eſt manifeſtum. Ita cepa pirrata erit cep quidem per convitium ob acrimoniam & riſum odioſiſſimum, pirrata tamen, ob lacernam, quam utebatur.

quando viceſimam numeraſti) Reineſius hæc accipit de conſtituto viceſimæ canone, pendi ſolito propter eos, qui manumittebantur ex lege Manliana, de qua Livius lib. VII. c.12, quod ſignificavit mihi pl. Rev. & Doctiſſ. Dn. Arnoldus. Verum ut hæc

docte

octe cogitantur, ita loco huic nil ſunt ac-ommodata. Vult nempe Reineſius, hanc ſe verborum iſtorum ſententiam: quam-u eſt, quod es factus libertus? At hoc liber- libertus ipſe in præſentia aliorum credo jiceret. Deinde, quomodo cohærerent a. ô Saturnalia! rogo, menſis December t? Quando factus es libertus? Quid ad erti factionem menſis December & Sa-rnalia pertinent? Denique quomodo fa-t ad dicendi libertatem, ut quis cito vel ſe- fiat libertus, cum & ſervuli ipſi eſſent cacîſſimi. Poſtremo Glyton à Petronio ducitur non ut libertus, verum ſervus, que puerile ſcortum. Verba ſunt Petro-i ipſius in ante editis: *Video Glytona cum ateis & ſtrigilibus parieti applicitum, triſtem nfuſumque, ſcires, non libenter ſervire.*

genge, qui tibi non imperant) Legendum *nperat*, unus enim tantum fuit, quem re-icit. Sic ſupra; *& iſti, qui tibi non imperat.* ed quid *genge*? Reineſius putat *geta*. at hoc imis longe abit. Mſ. Dalmaticum habet *uge*, è quo tamen nil exſculpo, niſi quod onvitium ex Græco formatum videatur.

Sathana) Reineſius vult *Sagana* ex Ho-atio, qui facit aliquam hoc nomine, ſociam anidiæ ſagæ. Ac conveniebat in veneſi-am, nomen à *Saga* derivatum. Verum alia ſtratio hujus loci. Mallem *Satuna* à *ſatu* & *rendo*, quia meretriculæ convenientius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Niſi quis præferat *Athara* nomen Phœni-cium, & Syrorum, Derceti olim tributum, quo valde inclino.

& qui te primus decero defecit) Reineſius, *qui te primus condocefecit*. Sed quid hæc ſi-bi volunt? Curabo, ut iratus tibi ſit, qui te primus condocefecit. Quis eſt ille, aut quæ-nam ea, quæ condocefecit? Mſ. Dalmaticum verum habet ita, *qui te primus decuro-fecit*. An ſcribendum, *q. t. primus de curo refecit*? hoc eſt, qui te primus erexit, fecit, ut, cum ante curvus eſſes, ſpectares terram, vilis ſcilicet, humilis, & abjectus, poſt aude-res te erigere. Dictum eſſet eo prope modo, quo ſupra *coſtæ recorrectæ*.

literas lapidarias) In Mſ. vero legitur *li-darias*. Nondum igitur hic locus ita ſeſe ha-bet, ut oportet, cum præſertim illæ lapida-riæ litteræ, quas ſubjecerunt nobis emenda-tores, commode ſatis, locoque huic conve-nienter, nequeant exponi.

lana) Reineſius hinc facit *Lamiam*, quo modo nempe & in ſuperioribus putabat uſurpatum, verbis, *Lamia eques Romanus &*. Atqui eo loco nomen honoratum, quomodo ergo hic per convitium ponitur? Mſ. Dalmaticum habet lanna. Puto ſcribendum *ſanna*: Gloſſæ veteres: *Sanna, ſubſannatio* Μῶκος.

te natum non putat) Illud *natum* non hominem, ſed *puerum*, *infantem* puto nunc ex-

pl

licandum. Comparat ſe cum altero, ſe vi-um; illum eſſe ait puerum, nec dignum, uo cum eat in certamen. *Gloſſæ: Nati & atus*, τέκνα. *Non putat* eſt *non reputat*, non æ-imat, facit te nihili.

toga perverſa) Reineſius legendum putat *ræverſa*. Sic enim ait in litteris ad N. Hein-um: *Cum togæ eſſent alares, nec adſtrictæ cor-ori, ut tunicæ lineæ, & greſſum celeriorem cur-umque eo impedirent, fiebat, ut qui currere vel-nt, eas ſuſpenſas retraherent ante ſe ad pectus ut pallium in caput vel collum conjicere ſolebant rvi properantes & fugitivi in comœdia) in ru-us contractas: quo ſchemate togas in anteriora erſas, adductas, & complicitas fuiſſe nemo non itelligit. Et ut hoc voluiſſe Petronium capia-ius, omnino legendum eſt*, præverſa. *Præ-erſa, proverſa toga, quæ & prorſa & antevorſa nam & ſic* ſurſum, *eſt ſuſverſum*, rurſum, *re-erſum*, retrorſum, *retroverſum*) *fugientem lterum naviter perſequitur, qui adducta ad an-riora veſte laxa & laciniosa, totum corpus in-olvente crura ad greſſum curſumque libera ſibi & expedita reddit, uti utrumque brachium in onvivio illi, qui togam ideo ſubmittebat. Idem nſus* ζήσεως *Auctor ad Heren*. 4. Contorta oga cum pluribus aliis ire celeriter cœpit: *uot non poterat in veſte fluente & fuſa, actuo-um & navum remorante*. Hæc Reineſius. Sed on pauca obſtant huic interpretationi. rimo dicit, retraxiſſe in pectus, item in an-

teriora verſá adduxiſſe. Quod quo modo d. beat intelligi, nó video. Ut toga verteret in anteriora, nil neceſſe fuit, quia & anteri. ra & poſteriora ſemper tegebat. Voluit fo taſſis dicere *in anterioribus*. Sed quomodo i verteretur? Suſpenſa, inquit, erat ad p ctus. Vellem ſcire, unde igitur pepend rit, ſi ſuſpenſa fuit, & ſimul verſa. Poter fortaſſis tunica ſic ſuſpendi ad cingulum Toga, quæ fuit veſtis extima, quomodo ſ potuerit ſuſpendi, non excogito. Jam faci mus verſam ita, ut anguli alarum pertin rent ad pectus, non poterat ea res feſtinar tem multum facere liberiorem, cum tog veſtis eſſet multum demiſſa, & ad ipſos pro pe pedes pertinens. Imo per iſtam verſio nem circa genua & femura facta fuiſſet du plex, id eſt feſtinanti moleſtior propemo dum, quam ante fuerat. Igitur non appro bare poſſum illud *præverſa* Reineſii, contr togam perverſam accipio de rejecta in humeros & tergum, eo modo. Sicut hodie videmus pallia ſua, maxime ſi ſint longiora rejicere in humeros, ut brachia, pectus, & anteriora omnia habeant libera. Sic plane exiſtimo, togam in anterioribus collectam, ſubductam ad ſuperiora, & mox, omne ejus quod alias à pectore deſcendere ultra genua ad pedes uſque ſolebat, rejectum ſuper unum humerum. Iſta enim rejectione toga vere pervertebatur, id eſt, quod ante de-

pen-

dependebat ad pedes, verſum ad collum & caput habebat. Quo ſenſu & *perverſi faſces* leguntur apud Jul. Obſequentem c. 130. ubi it. *Luſtratione lictor perverſis faſcibus lauream impoſuit.* Sunt enim *perverſi* hoc loco, qui alias *verſi* aut *inverſi*, cum eorum pars ſuperior vertitur, ut fiat inferior, quod in notis dixi. Idem apud Plautum eſt *pervertere aulas*. verba exſtant in Caſina. A. IV. ſc. 1 v. 16. ubi de coquis, diſſimulantibus ſe parare cœnam, & ſubmoveant Senem ab ea:

Aulas pervortunt, ignem reſtinguunt aqua.

Peſſime Lambinus, *ollas dejiciunt, percellunt.* Nec enim hoc faciebant coqui, ſed ollas invertebant, ſicut hodieque ſolent coqui & coquæ: poſtquam aqua expurgarunt, vacuas & inverſas reponunt ſuo loco, donec iterum adhibendæ ad coquendum.

mufrius) Reineſius trajecte legit, *non muſteus magiſter.* Scilicet putavit *muſſius* eſſe ſcriptum, atque ita citavit. Sed *mufrius* eſt etiam in Dalmatico Mſ. Deinde, quid ſignificare debeat, non muſteus magiſter, hic non video. Loquentem convitia profundere, res ipſa, totusque locus oſtendit. At magiſter non muſteus ne ipſi quidem Reineſio convitium eſt. Fit quoque oppoſitio inter illum mufrium quemcunque denique & magiſtrum. Ideo ſequitur: *dicebat enim, magiſter* contra ſcilicet, quam faciebat mufrius, qui propterea magiſter eſſe nequit.

Poteſt videri ſcriptum fuiſſe apud noſtru
nuſtorius, id eſt nupthorius, νυφθορεὺς, qui
corruptorem mentis animique ſignifica
Senſus ſane per accommodatus eſt. De l
ctione quisque ſentiat, quod volet.

lance clunaria) Nimis temerarie Hadri
nides: *in lance decumana* in ipſum etiam te
tum recepit. Quæ enim vocis utriusque e
ſimilitudo? Reineſii *centenaria* magis pl
cet. Verum intercedit non nihil Mſ, in qu
legitur *dunaria*. Deinde agitur hoc loco d
Lancis magnitudine, ea vero non ſtatim co
gnoſcitur ex pondere. Poſſunt enim & m
nora eſſe ponderoſiora, & minus pondero
majora. Itaque nondum deſero priorem
conjecturam meam.

priapus a piſtore factus) Qualem memora
& Martialis lib. XIV. inter apophoreta, &
priapum ſiligineum appellat.

eſſe periculum) Reineſius vult *fericulum*
idque ſuo more, id eſt temere in textum re-
cepit Hadrianides. Ego non dubito, cum
periculum ſit & in Mſ. Dalmatico, quin legi
debeat *peniculum*. Nempe de Priapo præ-
ceſſit, ſolebat autem formari cum membro
enormi ſexus maſculini, eratque membrum
illud vel præcipue ſacrum, quod eſt notiſſi-
mum. Hinc ergo *ſacrum peniculum*, à pe-
ne; membro iſto, quaſi ſacram mentulam
diceres, qua nempe Priapus unice cenſeba-
tur, ſuamque tuebatur divinitatem. Ut ſit

ſen-

ntentia: rati ſumus illum Priapum cum niculo ſeu mentula ſua eſſe rem ſacram, ut ſimulacra deorum eſſe ſolent. *Penilum* ſignificare penem ſive mentulam, Plauto, atque ipſo Cicerone certiſſiumeſt.

Cerdonem) Adhuc ſuſpicor, mendoſum ſe hoc vocabulum, nec me liberat à dubio einesius, quod dicat fuiſſe non inſolens, num ex fratribus Græco, alterum Latino, em ſignificante vocabulo compellare. Liuet nempe illud agi per vocabula propoſi,ut conſtaret, unde Trimalchio factus eſt tam dives, eoque nomine Laribus agentur gratiæ. Huc autem nil facit nomen dem ſignificans bis repetitum. Quare puto oſtrum ſcripſiſſe potius *Credonem*. Sicut à ucrando *Lucro*, ita plane à credendo *Credo* oterat formari, atque is intelligi, qui mulum credat aliis. Habuiſſe namque hoc in nore poſitum: Trimalchionem, liquet ex erbis actuarii, ubi ait: *eodem die in arcam elatum eſt, quod collocari non potuit, ſeſtertium centies*, Et eſt ordo conveniens, ut primo ſit Credo, per quem pecuniæ credantur. deinde Felicio, qui creditum reddat felix per bonæ fidei debitores, tum Lucro, qui ex illis creditis lucrum Domino afferat.

etiam veram) Putat Hadrianides, hic tacitum latere convitiũ, quia de Trimalchione noſter alias honorifice non loquatur.

Quaſi hoc in loco aliquid ad honorem ej: dicat. *Erubuimus*, inquit, *preterire*, quo abunde oſtendit, quam difficulter ac invi venerint ad hoc officium. Reineſius vul *ceream* pro *veram*, cauſſa, quia omnes iſtiu modi imagines in armariis fuerunt veræ. Se ſic dici poſſet etiam cereas omnes in arm: riis fuiſſe. Deinde ſermo eſt de laribus all: tis, non imaginibus cereis, quales habeban repoſitas in armariis. Jam vero larium null certa ſpecies, exhibens hujus illiusve vul tum. Itaque tanquam ſingulare quidpiam notatur, quod inter lares eos fuerit, qui re ferret veram imaginem Trimalchionis Quem cum cæteri tanquam larem ſolenn oſculo honoraſſent, ſe quoque non fuiſſe au ſos hoc officium denegare, licet manifeſte viderent, eſſe Trimalchionis effigiem, qui ſub ſpecie nomineq; laris cultu divino velit honorari.

viderit) Id eſt, ſi vel unus eorum nequiore ſenſu rideat, caveat, inquit Hadrianides. Quaſi vero poſſit minari, qui paulo ante dixerat, *timeas iſtos Scholaſticos*. Sunt itaque non minantis, ſed contemptu ulciſcentis, quæ hic dicuntur. Unde omnino neceſſe eſt, ut legamus aut *viderint*, ſcilicet ſcholaſtici illi, aut *riſerint*, quod præferrem.

bacibalum) Hadrianides edidit *baſibalum*. Mſ. Dalmaticum habet *bacciballum*. Neſcio an non *bascaniballum* ſit ſcribendum, ut ſigni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſ;nificet eam, quæ oculis faſcinantia quaſi
la emittit. Senſus ſaltem eſſet non incon-
niens huic loco.

Per ſcutum, per ocream) Reineſius exiſti-
at, ſcutum & ocream hic poni, tanquam
iſtrumenta peregrinantium, quomodo eo-
ndem ſunt & peræ & baculi. Sed lubet
re, cur *ocream* hic ſcribere maluerit, quam
reas, ſi illud voluiſſet. Ergo cenſeo, pro
ream ſcribendum *ocrem*, ſic enim veteres
cabant montem arduum & inæqualem.
*crem antiqui, ut Attejus Philologus in libro
loſſematum refert, montem confragoſum voca-
nt, ut apud Liviũ: ſed qui ſunt hi, quiaſcẽdunt
tum ocrim.* At vero pro *ſcutum*, quod hic
cit nihil, ſi legamus *ocrem* puto ponendum
ſe lutum, & explicandum de loco depreſſo
humili, quippe ubi fere colliguntur aquæ
uviæ, unde lutum: ut, *per lutum, per ocrem*,
locutio proverbialis, qualis ea qua Ger-
ani utimur: über Berg und Thal. vel:
irch dick und dünne.

in naſo eſſe) Tentat hoc explicare Reine-
us, ſed nemo non videt, eſſe frigidam ex-
icationem ejus. Lego, *mihi in animo, ô in
ſa eſſes*. Senſus; cogitabam ego mecum in
imo, utinam nunc eſſes in caſa & tugurio,
nge ab hoc verſipelli. Verba ſunt ſe ipſum
loquentis, ex timore, cum voto.

matacitata umbras) Reineſius, *in alacri-*

tate umbras, quod abit quã longiſſime à ſq-
ptura veri Mſ. quæ eſt *matavita tau umbr*.
Et qui poſſit apta eſſe iſta emendatio, cu-
præcedat, *qui mori, niſi ego?* Sed & ſtat
ſequitur, *pene animum ebullivi.* Non f
igitur ea alacritas, ſed ex morte imminer
ſumma deſperatio. Mallem, *& in tota*
umbras.

qui hoc de alibi exopiniſſent) Reineſius, *qui*
hoc de alio eſſe opiniſcent. Verum non inte-
go, quid velit id, *de alio.* Sententia loci, t
exiſtimo, eſt talis: debere illos, qui hac de
opiniones omnium examinarunt, vider,
utrum poſſit fieri, nec ne, ut nimirum h-
mo convertatur in lupum. Ad quam exp-
mendam rectius fortaſſe ſcriberetur, *qui h*
de alibi exopiniſunt. Poteſt ſana *exopinus* i-
telligi, qui non opinatur amplius, ſed rer
tenet certam exploratamque, ab *opinus*, qu
à Phædro uſurpatur.

ipſas non vidimus) Legendum *ipſam*, qu
niam ſermo eſt de una.

panemque ſemiſſem) Illud *ſemiſſem* abſq
dubio hic vitioſum eſt. Ecquid namque *pa-*
nis ſemiſſis? Latet nomen generis peculiari
ex quo fuit panis iſte, vel embammatis, qu
fuit intinctus. Id vero quale ſit, haud prom
ptum nobis divinare.

manuque plena) Mihi non eſt dubium
quin *manu plana* legi debeat, id eſt, non pu
gno, ſed palma.

a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

adpedes ſedebant) Cur *ſedebant*? Officium
orum alias, ut ſtarent. Ita præter multa
terum loca, videas in ipſis imaginibus mo-
imentorum. An legendum, *ad pedes ede-
bant*? Et fortaſſis ideo jubet eis dari vinum,
miſceri Trimalchio. Sed tamen & paulo
ſt: *Servus, qui ad pedes Habinnæ ſedebat*, ut
ſit mutandum.

interdiu) Vox nihili. Quid enim eſt, *ſe-
ra interdiu*? Legendum ſine ambiguitate,
er diu ſevera, nunc hilaria. Hactenus, vult
ere, ſatisfactum eſt ſeveritati ſolitæ, nunc
hilaritatem vos invito.

lacuum novendialem) nondum contemno,
rum novendiale. Sed quia in Dalmatico
t *laucum novendialem*, poteſt videri au-
or, ſcripſiſſe *ludum novendialem*, cum illi ſa-
o ludos quoq; addere conſueverint. Vide
tterium.

non tam bonæ) Mſ. Dalmaticum: *nam tam
bonæ*, quod eſt rectum. Atque ita conjecta-
ram, priuſquam id pervenerat ad meas
anus.

periscelides tortæ) De his Reineſius: *Peri-
lia Tertulliano ornamenta illa, armillæ, orbi-
li, annuli circa crura feminarum fluitantes ple-
bis ex argento fuere. Plin. l. 33. c. 12. Perſis,
Medis, & Aſianis aliis*, ψέλια περὶ τὰς χεῖ-
ς καὶ τοὺς πόδας, *ex oſſibus albis piſcis cuius-
m confecta, & prælata aureis è Charetis Mi-
. l. 7. Hiſt. Alex. Athen. l. 3. potioribus Græ-*

carum

ſarum Romanarumque & Fortunatæ, ut par à ſequentibus, ex auro. Quare ſine dubio pr-vum eſt τὸ tortæ, *& legendum totidem ſimilib-que brevibus literis* aureæ: *prorſus ut ſupra* ce-ram *ſcripſerat, pro* ceream. *Qui* tortas *de-dere volet, non dicet materiam, quæ tamen vel maxime attenditur. Vincula vero pedu-, quæ ſimiliter ex auro, nimirum textili, ſeu pe-la intorto, ſunt habenæ, quibus ſolearum vel ca-ceorum anſæ conſtringebantur. Athen. l.* χρυσέους ἀνασπαστοὺς *(niſi* ἀνασπαστὰ *potius ſun) vocat, quibus Parrhaſius Pictor* τῶν βλαυτῶν ἀναγωγέας *adſtringebat: aliud igitur à crur-bus circulis, qui ex auro ſolido fuſi ductive.* H Reineſius, ſed ſine aliqua neceſſitate. Q enim cogitare poſſit, periſcelides argente in Fortunata, tam divite ac opulenta, ux reque ejus, qui id agebat unice, ut divit ſuas omnibus oſtentaret? Itaque mox qu que *armillæ craſſiſſimæ* nominantur, abſq mentione materiæ, quarum tamen eade plane fuit ratio, quæ periſcelidum. Vol nimirum aliquid haud vulgare in eis notar quo non pertinebat, ſi dixiſſet aureas. Ide factum in periſcelidibus. Eæ quod fueru auræ, hoc commune habuerunt cum mu tis, at quod *tortæ*, hoc prorſus ſingulare, qu vulgo erant ſimplices ac leves, cum cont tortæ funium referrent ſpeciem, ſtriis p ambitum ductis.

eſt te inquit videre) Reineſius: *Supple, du*

ce v

vel volupe eſt te videre. *Abſorpſerat librario [.]citanti vox* plaudentem *τὸ* dulce *vel* volupe, [.] *quibus eadem pœne litteræ, alio ordine.* Omnia [h]æc ſunt fruſtranea. Formula eſt cum ad[m]iratione quadam compellantis aliquem, [p]oſt diuturnam abſentiam; nec deſiderat [q]uidquam. Colloquium vetus Scholaſti[c]um. *Et tenuit eum, & reſalutavit, dicens: Eſt [t]e videre? quid agis.* Sententia, daturne tan[de]m nobis facultas tui videndi?

muta) Explicat Reineſius, *emenda, fac [m]elius.* Mihi ſecus videtur, exegiſſe nimirum [T]rimalchionem à puero, ut ſubinde cantum [f]eceret alium, atq; aliũ more philomelæ, quæ [v]ocem innumeris modis ſolet variare.

præter errantis barbarie) locum hunc cor[ru]ptum, puto ita emendandum: *præter er[ra]ntis barbariæ aut adjectum aut deminutum [cl]amorem, immiſcebat attellanicos verſus.* [Na]m ſi *barbarie* legamus in caſu ſexto, illud [er]rantis non habet, quo referatur. Dein [ad]*jectus* clamor quis ſit, nemo dixerit, nec [q]uomodo reſpiciat *deminutum.* *Adjectus* [a]utem ei eſt oppoſitus, ſignificatque locus [is]tus voces editas clamore, alias mutilas, [ali]as auctas aliquot litteris, ut barbari nimi[r]um ſolent.

ad circulatores eum) Cenſet Reineſius, [cu]ncta hujus loci fore integra bonaque, ſi le[g]itur, *mittens gaudebam.* Verum haud [pe]rſuadet. Præcedit nempe, *ſed ego*, quod oſten-

oſtendit, aliam hic loqui perſonam, eamq; Habinnæ, interroganti, *numquid didic?* reſpondere. Fuit autem, ſervus, de q; Habinnas interrogabat, proprius Habinn. Quare qui reſpondet ei, non poteſt dice: ſe miſiſſe ipſum, & iccirco eſſe gaviſum. Mallem ego locum ita legere? *Sed ego: ad circulatores eum mitte, id audiebatur, itaque parem non habet* Senſus eſt, Habinnam quæ ſiviſſe, utrum non recte didicerit ſervus a tem? reſpondiſſe paulo ſubmiſſiore voc quendam ex convivis, qui eam artem pa rum probabat, mitte eum potius ad circul: tores. Hoc reſponſum contra, quam ſpe raverat, eſſe exceptum ab Habinna, nam per indignationem repoſuiſſe, at ipſe paren non habet. Sunt omnia negocio conveni entiſſima, & apertiſſima. Poſtremo lectio ni Mſ. Dalmatici proxime inſiſtentia, qua talis: *Sed ego ad circulatores eum mittendo au diebatur, itaque parem non habet.*

recutitus eſt) Reineſius vult, *Cerritus*, quia recutitum eſſe nō habeat locum inter mor- bos mancipii. Ad hoc idem dixeris de ſter- tente, id eſt, ronchos edente inter dormi- endum, qualis hoc loco proprie intelligitur. Saltem inter formæ vitia referebatur, eſſe recutitum, quod ex Celſo noverat Reine- ſius, qui propterea modum curandi hujus vitii docet lib, IV. Itaque nil patior hic im- mutari.

apagaga) Retineo adhuc illud *apaga*, vel propter ſequens *ad cognoſco Capadocem.* Niſi *angola*, quod eſt in Gloſſis Iſidori, & diminutivum hujus eſt, magis cui arrideat.

ipſum Ammeam) Hoc *Ammeam* ſuſpectum mihi eſt, nec tamen habeo, quod pro eo poſſim commodius ſubſtituere.

face linguam) forte ſcripſit, *lingua mi.*

omnia iſta defricta ſunt) Mſ. Dalmaticum verum habet, *defacta ſunt.* quo inducor, ut credam, ſcripſiſſe noſtrum *de karta ſunt*, pro *de charta.* Et cur non potuerit chartaceas habere cœnas, ſicut Heliogabalus cereas, vitreas, ligneas, & id genus?

rixam ad lacum) Omiſſa priori ſuſpicione, ſcribo, retentis omnibus, *ob lacum.* Porro *lacum* accipio de vaſe grandiori, continente aquam, cui fortaſſis habebant amphoras immiſſas, frigoris cauſſa. Gloſſæ. *Lacus,* …ιον. Itaque & in ſequentibus legendum: *certe in lacu adhuc amphoras habebant*, non *loco.*

è caſtris) Miror, Reineſio potuiſſe hoc placere, ut ſignificetur quaſi locus prælii. Vera lectio eſt *è caſſis. Caſſa* dicuntur rupta, ficta verberibus & concuſſione. Plautus in Curcul. A. III. v. 25.

—— Nam quid id refert mea
An aula quaſſa cum cinere effoſſus ſiet,

petrailis omnes pugnas) Habetur etiam in inferioribus hoc vocabulum. Sic enim vul-

gati-

gati: *Nam hemerotis pugnaſſent petraitis* ... *poculis.* Mſ. Dalmaticum itidem *petrais* habet hoc loco, at altero illo *petranctis.* Iſtere nomen quoddam proprium neceſſe e, ſed à Trimalchione fortaſſe confictum, t quale illud fuerit, difficilimum ſit divinar. Suſpicabar quidem *Paridis*, nunc vero aimum ſuſpendo, & alterius expecto conjecturas faciliores.

vero, vero) Fruſtra lectionem hanc defendit Hadrianides, neque locus Gellij hc quidquam facit. Puto autem, cuncta ſic legenda: *Vere, vere, inquit Habinnas, ac de una die duas facere. Nihil malo.* Dixerat Trimchio, *non pœnitebit.* Reſpondet Habinn, *vere, vere* non pœnitebit, quod tu dicis ſcilicet, conjicere ſe in balneum, atque itamul *de una die duas facere.* Nec eſt quiquam, quod ego malim facere.

ac nec ſi quidem) Reineſius delendum ptat *ne*, poſtea ſcribendum *effingere.* Nam inquit, nudus in turba lavabat, quod flagtium apud Romanos habebatur. An nud laverit, an id flagitium fuerit habitum, e dubitari queat, nunc non inquiro: illud n ſtrum voluiſſe, quod cenſet Reineſius, no perſuadeor. Et oſtendunt ſatis ſequenti quam actionem intelligat, ſermonem ſci cet ineptiſſimum: Subdit enim, *nam nih melius eſſe dicebat.* Quare omnia ſunt ſan Ne ſic quidem, ait, ei (Trimalchioni) l

cu

cuit effugere (evitare, cavere, omittendo ſcilicet) impudentiſſimam actionem.

ſine turba) Reineſius vult, *in turba*, quia convivas evocaverat in balneum, quorum numerus fuit non exiguus. Imo propter hoc ipſum *ſine turba* rectum eſt. Hæc enim una de putidiſſimis iſtis actionibus, quod cum eſſet maxime in turba, diceret ſe ſine turba eſſe.

ipſi aliquando) Mſ. Dalmaticum, *ipſo*, quod probo. Debet enim intelligi cum emphaſi, in illo ipſo loco, ubi lavabat, fuiſſe piſtrinum olim. Et hæc una de putidiſſimis actionibus, quod piſtrini faceret mentionem, qui ipſe paulo ante ſervus loquebatur cum eis, qui ſimiliter ante ſervierant, quorum ſupplicium ſolenne, piſtrinum fuit.

persiapatur) Legit Reineſius, *pyriabatur*, exponitque, caleſiebat. Verum ſolia in balneis ſeorſum caleſieri, à nobis hactenus non eſt obſervatum. Deinde loquitur perſona, cujus verba proba, Latina, & elegantia per hanc cœnam totam, ut ei tale vocabulum minime poſſit convenire.

Ergo ebrietate) Num ſcribendum: *Ex eo ebrietate*, ut reſpiciatur ſolium, de quo præceſſit.

aneolosque piſcatores) Fruſtra Hadrianides piſcatores hos defendit exemplo Marſyanum. Fruſtra eos Reineſius vertit in *naſcatores*. Lectio veriſſima eſt, *aneolosque epiſtatores*.

tores. Sunt autem epiſtatores, tripodes, Græ-
cis ἐπιστάται. Scholia Ariſtophanis in Avi.
ἐπιστάτη, χαλκοῦς, τρίπους, χυτρόποδος ἐκτελ-
χρείαν.

& vinum inconſpectu) Ante verba hæc puto punctum collocandum, nec enim pertinent ad præcedentia, cum id vinum non fuerit inter lauticias Fortunatæ. Deinde mallem. *Sed & vinum*.

barbatoriam facit) Videor idonee ſatis oſtendiſſe, quid ſit, *barbatoriam facere*. Tilbomenus putat non de prima raſura, ſed omni intelligendum, præcipue cum recumbere cum aliis aut convivari vellent. Sed debebat locum hunc accommodaſſe interpretationi ſuæ, ac oſtendiſſe, quomodo potuerit dicere de ea ſola die, quod fecerit barbatoriam: quomodo ob eam rem convivas provocaverit ad hilaritatem.

micarius) Reineſius vult *amicarius*, explicatque lenocinatorem. At hoc ſcire vellim, quomodo conſiſtat cum præcedenti *frugi*? quomodo hoc ſic ad laudem ſervi pertineat, ut dicendum ſit præfiſcini?

ex quo jus firmum) Recte Reineſius *ex aqua*, probatque Mſ. Dalmaticum verum. Sententiam vero mire explicat. Hadrianides de jure conſuetudinis inter Trimalchionem & cinædum. Quaſi ullum jus ſit, quod tales inter ſeſe poſſit conjungere. Imo hoc vult noſter, Fortunatam, ut oſtenderet, illud d-

mu-

num jus matrimonii eſſe firmum, quod utri-
ue conjugatorum æque competeret; quan-
o una pars nō plus licere ſibi credat, quam
ltera; quando maritus æquo putat ſibi pro-
ibitum amare cinædum, ac mulier, amare
dulterum, convitiis Trimalchionem pro-
idiſſe.

Caſſandra caligaria) Cum litteris eviden-
ſſimis ita ſcriptum ſit etiam in codice Tra-
urienſi, verbaque ſenſum habeant elegan-
ſſimum, quem antea expoſui, fruſtra Rei-
eſius nobis ſuum *caſauras alicaria* obtrudit.
t quid? Annon hodieque etiam per Ger-
aniam noſtram de muliere imperioſa, &
ariti ſui hera dicimus, **ſie hat die Hoſen an?**
on quod vere veſtita ſit femoralibus, ſed
uod ſe gerat eo modo, uti ſolent, qui ſic
eſtiuntur. Pari modo igitur & Fortunata
icta eſt *caligaria*, quod ſe gereret more cali-
ariorum, id eſt militum ferocientium, non
uod caligas geſtaverit, quod miror, Rei-
eſium crediidiſſe me opinatum, ideoq; cen-
ra ſua duxiſſe perſtringendum. Cum ta-
en dixerim, *QVASI quæ ornata ſit*. Sed
Caſſandræ vox huc videtur quadrare plu-
mum, ſive illo explicemus modo, quo dixi
ibi, ſive nudum ſpectemus vocabulum,
um Κάσσα Græcis *meretricem* ſignificet.

here proxime) *here* putabam eſſe *heri*. Ma-
nunc intelligere dominam, ac ſcribere
hera.

dum bonatus ago) Reineſius *aporiatus*, quo recedit plurimum, nec convenientem hab ſenſum : Hadrianides dum *bona huic ag* quod & recepit in textum. Verum *agere a cui bona*, pro *facere*, hactenus non obſerva Quid, ſi legas, *dum umbo natus ago*, pro dur ago tegens me umbone tantum ac defe dens, non, quod oportebat virum, impetu in Fortunatam faciens, eamque puniens merito. Poſſis &, *dum bona ratus ago*, id eſ dum ago ea, quæ ratus ſum, eſſe bona. Qu lectio pæne plus placet.

arciſellium) Puto, vocem hanc ſerva dam, explicandamque de ſella, quæ ſimu poſſit arcæ vicem præſtare. Non eſt plan noſtris quoque moribus inſolitum, habe ſellas & ſcamna intus cava, quæ janua v operculo poſſunt claudi, ut ſimul ſint & ſe læ, & capſæ ſive arcæ, ſupellectili ſervanda Nec ineptum, ab *arca* & *ſella*, parva finger *arciſellium*.

ipſimi domino) In Mſ. vero extat ; *ipſi m domini*. Non eſt dubium, quin *ipſe mei domi* legendum ſit. Niſi quis exiſtimet, inter a chaiſmos illud *ipſi*, pro *ipſe* referendum eſſe quia ſequitur ad eundem modo mox in M *ipſimea domine*, & iterum, *cepi ipſimi cerebe lum*. Et profecto ad eundem modum vete res pro *mane* dixerunt *mani*. Adde, quæ no tavit Schoppius in Arte Critica p.m 49.

fecit & accepit) Plane puto, *feci & accep* legen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

legendum, ut cæteris cunctis oratio reſpon-
deat.

oneravi vinum) in Mſ. Dalmatico eſt, *one-
ravi vineam.* Sed recte ediderunt *vinum*.
Nam ſequitur mox in eodē Mſ. *oneravi rurſus
vinū*. Porro recte, *oneravi vinū*. Hadrianides
quidem: *An dicemus, Trimalchionem eſſe hy-
pallagen, ut Virgiliana*, dare claſſibus auſtros,
pro claſſes auſtris *ſive* ventis? *Miror Dn.
Schelferum, qui primam fregit glaciem, hujus ri-
gorem non ſenſiſſe. Dn. Valeſius hyemi Gallicæ
tribuit.* Sed nil neceſſe eſt. Poterat uterque
meminiſſe illius Virgilii lib. I. v. 199.

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes.]

Et jam pridem Turnebius lib. XXVII. c. 20.
*Onerare Zamiam, quod proverbii ſpeciem habet,
imitatione Græci ſermonis mihi dictum videtur,
ut ſit* ἐπιβάλλειν, *vel* ἐπιτιθέναι ζημίαν. *Eſt enim
onerare, imponere, ut Æn. 1. vina bonus quæ
deinde cadis onerarat Aceſtes. Merces enim
onerari dicuntur, cum illis navis aut iumentum
oneratur.* Ubi tamen fruſtra ζημίαν reddit,
quæ eſt σαμία, navis ſcilicet ex Samo inſula,
de qua in lib. de Mil. Navali. Proverbium
eſt apud Plautum in Aulul. A. II. ſc. 2. ubi
vide, quæ pro iſto genere locutionis etiam
Salmaſio notantur.

Neptunus) in Mſ. eſt *Neptuno*, verum
puto à prima manu fuiſſe *Neptunos*, antique,
ut ſolet Trimalchio hoc genere, delectari,
poſt ultimam litteram adhæſiſſe ſequenti
vocabulo.

tanquam nihil facti) Optimum fortaſſ fuerit, ſcribere *tanquam nihil facta*, ut ad cl dem referatur: *Facta*, eſt *æſtimata*, *habit* quomodo quid magni aut parvi dicitur fie *Tanquam nihil*, eſt tanquam res nulla, ta quam nullum plane damnum.

Græculus) in Manuſcipt. vero eſt, *grecul* quod oſtendit, lectionem vulgatam non e ſe veram. Et profecto Græculi per conter ptum dicebantur. At iſte mathematicus h ſupra modum laudatur. Suſpicor ergo n men regionis vel urbis, unde venerat, hic l tere, quod nunc non excogito.

& cur vobis non dixerim) Mſ. habet. *& qu vobis*. Forte ſcripſit, *& quid? vobis non a xerim*.

cellationem) Quid? Si & hic *cenationem* ſcribendum, ut perinde ipſam quoque hab erit pars ædium ſuperior, ſicut inferio quemadmodum & cubiculum habuit.

Seſſorium) Præter vulgata, Reineſius ir litteras ad N. Heinſium ſuſpicatur etiam *ceſſorium*, quod amplecterer, ſi ulla nitere tur auctoritate. *Nec*, inquit, *abludet ab ed. to, ſi legerimus* ceſſorium. *Intelligetur autem tum locus, in quem ſaturi ſecedunt, qui alias* ce ſale. *Hoc vero à Græco* χαίζειν, χέζειν *formatum exiſtimari poteſt*.

habes, habeberis) Puto veram ſcripturan eſſe, *aves, aveberis*. Ut ſententia ſit, ſaluta bis, etiam reſalutaberis. Nam in altera le cti

ctione idem bis dici videtur. Quanquam ſi quis eam velit ſervare, non habebit me adverſum ſibi.

omnesq; nos) Reineſius *omnesq; ungues*, quod recedit longius. Nec fortaſſis multum profuerat, unxiſſe ungues. Mallem *omnesque venas unxit*, nempe (ſicut ſolet) ad tempora, ad manus, & pectus, cum unguentis bene ſpirantibus etiam ægri ſunt refocillandi. Cum præſertim paulo ante pæne mortuum ſe ſimulaverat.

JOANNIS SCHEFFERI ARGENTORATENSIS

NOTÆ IN L. ANNÆI SENECÆ APOCOLOCYNTHOSIN.

Ἀ Ποκολοκύντωσις) Hic verus libelli titulus, ut ex Xiphilini libro LX. recte obſervarunt Adrianus Junius & Nicolaus Faber. De ratione nominis ambigitur. Junius ex eo putat derivari, quia, cum *boleti medicati* eſu Claudius legatur obiiſſe,

medicamentum illud Colocyntis fuerit, a
vum ſolvens, lubricamque reddens. Se
medicatum ibi poſitum pro *venenato*, ſicut re
cte obſervat Heinſius in diſſertatione de ho
libro. Quomodo & Tacitus, & Nonius uſu
parunt. Ita apud Græcos φαρμακευτικ
& φάρμακον, unde apud eundem Xiphil
num φαρμακὶς Locuſta, quam Tacitus An
12, 66. *venenorum artificem, & veneficij damna*
tam appellat, ubi de hac ipſa boleti præpara
tione loquitur. Quin & medicamentun
ipſum, quod boleto additum, Tacito *viru*
item *infuſum delectabili cibo boletorum vene*
num, Xiphilino φάρμακον ἄφυκτον, quod d
colocynthide intelligere nemo poteſt. Igi
tur aliunde tractum nomen, nempe à *colo*
cynta, non Colocyntide. Eſt autẽ colocynta
cucurbita. unde ἀποκολοκυντίζειν hic nil aliud
quam quaſi dicas *incucurbitare*, ut rectiſſime
à Florente Chriſtiano obſervatum, ubi &
recte ait per ἀποκολοκύντωσιν nil aliud ſignifi-
cari, quam *fatuitatem*. Nempe colocynta
tota caput eſt, quod indicium eſt ſtultitiæ
apud Phyſiognomos; deinde ſine ullo evi-
denti eſt ſapore, quod & in cibis *fatuitas* vo-
catur. Innuitur igitur hoc vocabulo Claudii
ſtultitia, & ſimul Romanorum dementia
ſuggillatur, qui tantum monſtrum in Deo-
rum numerum referre non erubuerunt.
Nam ἀποκολοκύντωσις, dicta eſt ad imitatio-
nem τῆς ἀποθεώσεως, ut oſtendatur, inter
cu-

ıcurbitas fungoſque potius quam Deos laudium referri debuiſſe. Eſt porro & alia ujus libri inſcriptio, nempe *Ludus Senecæ morte Claudij*, quam & ipſam, ut veram, gnoſcit Voſſius Inſtit. Poët. lib. III. c. 10, que à diverſitate jocorum dictam ſcribit. *d alios tamen*, ait, *ridendos valde eſt idoneum: de & ludum nominavit.* Sed primum ſimicior is titulus videtur, quam ut conveniat peri tam ſalſo & acuto. Deinde nec uſitam erat, tam ſimplices ejusmodi operibus ulos præfigere, ut ex Satyris Varronis itelligimus. Adde, quod nec illud *de mor-* recte quadret, cum argumento libri, in io non de morte Claudii, ſed iis, quæ eam cuta ſunt, agitur, ut optime obſervat Heinſs prædicto loco.

Opus porro totum eſt Satyricum, in quo ut dixi, & Claudii, & Romanorum ſtultia traducitur. Voſſius ſupra indicato co rectius hoc genus *Saturam* dici exiſtiat, quam *Satyram*, quia ſit a *Saturo*, id eſt, rio & pleno, quomodo uſurpavit Juſtianus in præf. Pandectarum. Sed obſtat imo, quia eſt à σαλύρα, quod cur non æque r Y quam V ſcribi latini poſſit, non vio. Deinde in inſcriptione Satirarũ Varronarũ conſenſu omnium librorũ *Satirã* vel *tyrã*, nõ Saturã reperimus. ut proinde cauſ nulla ſit, cur à ſcriptione veteri recedamus nihilominus intelligamus id genus, ꝙ hic

innuitur. Varium nempe ac plenum. Vo-
ta enim hæc opera Satyræ, propter variu
diverſumque genus ſcribendi, quod in s
eſt, itemque argumenti, quod continet. S-
tyra in univerſum *triplex* Vetus, Nova, M-
dia. Illa, qua extemporalibus dicteriis
mutuo laceſſebant, per ludum, inſtitutu
ad avertendam peſtem, aut ait Livius l.
VII. Nova, qua poëtæ privatim vitia hon-
num inſectabantur carmine, quæ ab Aut-
re vel Illuſtratore dicitur *Luciliana*. Med,
quæ itidem fiebat, ſed vario genere carn-
nis, cum Nova ſemper uteretur hexametr,
imo admixta etiam proſa. In qua cum en-
nuerit Varro, *Varroniana* dici, ad differe-
tiam reliquarum conſuevit. Et hujusmo
eſt hæc Senecæ Satyra.

Finis, eſt reprehendere vitia hominun,
non in univerſum omnia, ſed ea quæ ri
tantum puniri poſſunt, & ſolent. Itaqu
non manifeſta ſcelera hic traduntur, qu
judicem metuunt, niſi forte in iis, adverſ
quorum potentiam judicis auctoritas no
valet. Sed luxus, libidines, ambitio, avar
tia, & id genus, ut ex Juvenale intelligimu
Et quia vitia hic reprehenduntur, appar
ad Philoſophiam pertinere, nec indigna e
ſe Philoſopho hæc opera. Sic digniſſimu
curæ Senecianæ fuit argumentum, Stul
tia Romanorum, qua quoſvis Principes, e
iam fatuos, inter deos referebant, & dignu

Sat

atyra, quia aliter puniri hoc dedecus non oterat. Cur autem Satyra potiſſimum, & on apertiſſima reprehenſione uterentur, ius rei cauſſa videtur eſſe, quia apertum ud genus ſcribendi odio ab omnibus habeır, ac contemnitur, hoc occultum & vaum delectat, & ad lectionem invitat. Ita amque & Varro à ſe factum ait apud Ciceonem in Academicis. *In illis veteribus no-ris, quæ Menippum imitati, non interpretati, adam hilaritate aſperſimus, multa admixta ex tima Philoſophia, multa dialectice dicta, quæ o facilius minus docti intelligerent, jucunditate adã ad legendũ invitati. &c. ſcribere voluimus.*

Anteidus) Quibus Claudius obiit. Suetoius c. 45. *Exceſſit tertio Idus Octobris, Aſinio Marcello. Acilio Aviola Coſſ.* Sic Dio. ut à aſaubono notatum eſt. Sed cur *ante*? Primũ ropter ea, quę ſequuntur de conſilio ſentensque Deorum, circa obitum Claudii. Innuıt enim, ne Diis quidem dignum viſum, ui diutius imperaret. Deinde joci cauſſa, uia dum videtur certum indicare tempus, ullum indicat. Eſt enim ante id tempus, uicquid tandem anteceſſit.

Eidus Octobris) Eſt Eidus, vel Idus pars rtia menſis Romani. Nam apud Romaos menſis quisque dividebatur in partes es, Kalendas Idus, Nonas. *Kalendæ* di-æ à *calando*, hoc eſt, *vocando*, quia tum inriam à Pontifice minore vocabatur Rex

ſacro-

ſacrorũ, ut ſacra faceret tẽpore novæ lun.
Quam obſervabat Pontifex, & tempus p.
nunciabat ad *Nonas*, quibus ex agris in u.
bem ad ſacrificia venire populus debeb.
Unde & Nonæ dictæ putantur, quaſi n.
væ; vel ut alii, quaſi Nonæ, quia ab ipſis I
Idus novem fere dies numerantur. Ids
ſunt tempus plenilunii ἀπὸ εἰδεῖν, ut putar,
quia tota tum luna conſpicitur. ut tero
Idus Octobris ſit fere menſis ejus decims
tertius, ſecundum verſum

Sex Majus nonas October, Julius, & Mars
Quatuor at reliqui, tenet Idus quilibet octo.

Porro quia iſthæc obſervatio magis pertir.
bat ad ſacrorum curam, quorum alia no.
lunio, alia plenilunio erant peragenda, hi
factum puto, ut iſta obſervatio primum fu.
rit apud Sacerdotes, iique jus haberent de.
niendi publica ejusmodi tempora. Prim
enim temporibus occultos domi ſuæ hab.
iſſe faſtos, apud Romanos, donec eos in l
cẽ protraherent Cn. Flavius, Appii Clauc
ſcriba, ex Macrobio intelligimus. Niſi for
velimus, ideo à Sacerdotibus hoc factum
quia ſoli rationem ſyderum primis tempoı
bus tenebant. Nam & apud Ægyptios, ur
de orta hæc diſciplina videtur, ſyderum r.
tionem obſervabant Sacerdotes, & ex ea d
videbant tempora. Unde forſan hodi
que Pontifex Romanus, velut ſummus Sa
cerdos, ſibi jus definiendi tempora exiſt

ma

ıat competere. Quanquam hic obſtent xempla Numæ, Julii Cæſaris, & Caroli Iagni, à quibus civili auctoritate ordinata mpora obſervamus.

Sæculi feliciſſimi) Hoc eſt, Neroniani ita amq; tum de eo augurabatur Seneca, more agnorum bonorumque hominum, qui eliora ſemper ſperant. Similiter Tacitus gr. cap. 3, 1. *primo ſtatim ſæculi beatiſſimi or-* .&c.

Nihil offenſæ vel gratiæ) Quibus duobus eritas hiſtoriæ, cujus imaginem hoc opu- ulum refert, intervertitur. Tacit. Hiſt. I. ıp. 1. *Veritas pluribus modis infracta, libidine ſentandi, aut rurſu odio adverſus dominantes.* onciliat porro hoc dicto ſibi benevolenti- n & attentionem; quomodo ab initio Hi- oricì omnes conſueverunt.

Liberum eſſe factum) Ingenioſa inventio ggillandi ſervitute preſſa ſub Claudio mpora.

Aut regem, aut fatuum naſci oportere) Ut npune quibusvis inſultare poſſis. Solorum nim Regum fatuorumque dicta factaque mnes patienter ferre coguntur. Ergo b his liber eſſe nemo poteſt. Porro cum & ex fuerit Claudius, & fatuus; ut occulte nuit hoc dicto noſter, duplici hoc privile- o munitus, omnes in ſervitutem ſuam ıxit.

Quis unquam) Verbis hiſce nón tam hi-

ſto-

ſtoricos,ut vult Rhænanus, quam hiſtori-
rum lectores carpit, qui quidvis, quod
hiſtorico etiam ſine argumento aut ſpa
veri proditur, ut verum arripiunt, per ſto-
diſſimam credulitatem.

Qui Druſillam) Caji ſororem, cum q
ſtupri conſuetudinem habuit, fuit is aute
qui hoc vidit, Livius, ſeu potius Lucius G-
minius, ut eſt apud Dionem l. LIX, non G-
minus, ut ab Obſopæo ſcribitur. Exagit
porro noſter duo hoc loco, ſummam t-
meritatem mentiendi quidvis, etiam co-
muni ſenſui repugnans, in viris non Rom-
nis tantum, ſed & dignitate præditis; & a-
jectiſſimam ſervitutem credendi, aut cred-
re ſe ſimulandi in reliqua multitudine. qua-
quam utrumque ſolenniter fuerit obſerv-
tum in iſta Cæſarum apotheoſi, ut teſtat
Juſtinus in Or. ad Ant. Pium. *Cur*, ait, *m
rientes apud vos Imperatores ſemper immortalit
ti conſecrare dignamini, producentes quempian
qui jurejurando confirmet, vidiſſe ſe è rogo in c
lum aſcendere ardentem Cæſarem?*

Velit, Nolit) Acerbiſſima irriſio, qua
diceret? qui hoc potuit videre, tam perſp
caci & valido præditus eſt viſu, ut etian
cum nolit, tamen cernat, quæ in cœlo g
rantur.

Appiæ viæ curator eſt) Refert hoc Tu
nebus ad Geminium, quaſi is fuiſſet curato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

æ Appiæ. At hoc ego nuſpiam invenio.
io eum vocat βϐλευτὴν, hoc eſt, ſenatorem,
go viæ curator eſſe non potuit, cum via-
m cura, primum ad cenſores, poſt ad
uatuorviros pertinuerit. Credo igitur per
cum hæc à Seneca conficta eſſe, propter
, quæ de hac via ſequuntur.

Quaſcis) Quomodo hac via Octavius &
iberius in cœlos iſſe fingantur, nondum
tis video. Nec enim ſufficit, quod Tur-
ebus ait, factum hoc, *quia Appiæ viæ*
rator jurarat, ſe Druſillam in cœlum aſcen-
ntem vidiſſe, cum hoc ex idoneo ſcripto-
probari nequeat. Sane verba Suetonii:
c defuit vir Prætorius, qui ſe effigiem crema-
eumtem in cœlum vidiſſe juraſſet: præter-
iam quod de Appia via, vel illius curatore
hil contineat, etiam de tali intelligenda
dentur, qui effigiem ejus non per viam
ppiam, quæ longe fuit diſſita à campo
artio, in quo crematus fuit Auguſtus,
d ab ipſo rogo, cum jam cadaver crema-
m eſſet, adſcendentem in cœlos vidit.
eroſimilius eſt, propterea viæ Appiæ hic
ciſſe mentionem, quia in ea plurima ſe-
ilchra, ut ſic tacite populum argueret
liditatis ſuæ, quod defunctos mortuos-
ie referant inter deos. vide Nepotem in
ie Attici.

Solus narrabit) Ut rem arcanam, quam ne-
s ſit in publicum & vulgus propalari, quia
vulgus

vulgus ſtolidum nil credat, quod ſit ſupra quotidianam conſuetudinem. Imo, ut mendacio fidem facilius conciliat. Multis enim difficilius quid perſuadeas, quam ſingulis, cum in multis ſemper ſint, qui conferre narrationes ſuas cum aliorum, & mendacia depræhendere poſſint.

Ita illum ſalvum) Briſſonius in formulis lib. VIII. p. 810. ſcribit *almum*, pro *ſalvum*, ubi uſitatam hanc jurandi formulam fuiſſe oſtendit. Quanquam hoc amplius in hoc loco notandum, quod non modo per ſalutem ſuam, quod à Briſſonio monſtratur, ſed & eorũ, quos habebant charos, jurare conſueverint. ut per conjugem, natos, nepotes, cujusmodi exemplum eſt apud Ovidium lib. II. de Ponto Eleg. 8. Addit autem noſter juramentum, ad irridendum Geminum hac imitatione ejus, deinde & ad exagerandam ejus impudentiam. Qui enim eum vult tam ſalvum & felicem habere, quam vera ſunt, quæ hic narrantur, is eum minime ſalvum eſſe vult, ac felicem.

Puto magis intelligi) Quia ſermo poëticus recedit à vulgari, & eſt velut ænigmaticus, ut qui non res ipſas propriis vocabulis, ſed per effectus earum cauſasque, aut adjuncta alia tradere conſuevit. Suggillat interim hic nimiam Poëtarum περιεργείαν, præſertim in deſcriptione temporum aut locorum, quod & ex Horatio Rhenanus hic notavit.

Hora

Horam non poſſum) Reſpicit incertitudinem temporis, quo mortuus eſt. Suetonius c. 44. *Etiam de ſubſequentibus diverſa fama eſt. multi ſtatim hauſto veneno obmutuiſſe ajunt; non nulli inter initia conſopitum, &c.*

Inter Philoſophos) Quorum tam variæ diverſæque in omnibus ſunt ſententiæ, ut circa unam de finibus quæſtionem. Varro ducentas & octoginta ſeptem numeraverit.

Inter horologia) Quæ & ipſa variant perpetuo, aut ob imperfectionem artis, aut inſtrumentorum & materiæ vitium. Nec enim ex una eademque materia veteres habuere, nec eadem forma. Antiquiſſimum genus erat per ſtylum ferreum & umbram a ſolis radiis projectam, cujus autor Beroſus Chaldæus à Vitruvio lib. IX, cap. 9. laudatur. Fuitque id figura ſemi circulari. Poſt inventa eſt ſcapha ab Ariſtarcho Samio, & diſcus, ab Eudoxo vero aranea, ab aliis aliæ horologiorum figuræ. Quanquam inter Græcos horologia *Sciaterica* primum invenerit Anaximenes Mileſius, Anaximandri diſcipulus, idque Spartæ propoſuerit ut ex Plinii lib. 2. cap. 28. obſervamus. Apud Romanos horologium publice datum eſt primum à L. Papyrio, duodecim annos ante bellum, quod cum Pyrrho geſtum eſt, ſed imperfectum, mox perfectius à M. Valerio Meſſalla, bello Punico primo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Porro præter Sciaterica ejusmodi horol-gia, erant & *clepſydra*, quarum primus a-ctor fuit Cteſibius Alexandrinus teſte V-truvio lib. IX. cap. 9. Hæ aqua deſtillante baculo certis ſpatii, diſtincto numerum h-rarum indicabant.

Inter ſextam & ſeptimam) Hoc eſt, ut Tacitus, *medio diei*, Annal. 12. cap. 69. Si tunc mortuus erat Claudius, ut ex eode apparet, qui poſt ejus mortem *cunctas adiꝰ cuſtodiis clauſos ait ab Agrippina crebroque v-gatum, ire in melius valetudinem Principis*, q intelligi non poſſunt, niſi de Principe p-dem defuncto. Cum quo conſentit Sueto-nius, qui, ait, *mortem ejus celatam, donec ci a ſucceſſorem ejus omnia ordinarentur*, cap. Certe cum in cibo porrectum ei ſit ve-num, in quo conſentiunt, fieri haud pote, quin id factum ſit in cœna diei præcedent, adeoque ad ſummum circa tempus matu-num diei ſequentis perierit. Verum Se-ca hic loqui videtur non tam de eo, qui factum eſt, quam de eo, quod publicatu eſt in vulgus. Id autem erat, meridia tempore, cum jam oſtentaretur Nero, Cla-dium periiſſe.

Horam tam bonam) expectatam, felic morte Claudii, plenamque gaudii lætiti-que, cujus cauſſa & verſus ſubjungit. Cr enim hic potius, quam alibi utatur carmi, non alia verior videtur cauſſa, quam ſig-

fica

icatio publicæ lætitiæ, ex Claudii obitu, quod & in præcedentibus obſervandum.

propior nocti) quia poſt ſextam, quæ præ-iſe diem ſecat in duas partes æquales, ut quicquid ſit ulterius, id ſit verſus veſpe-am.

Animam agere cœpit) Ludit in ambiguita-e vocabuli *anima*. Sic infra: *cum majorem* *nitum emiſiſſet illa parte, qua facilius loqueba-ur.* Item: *animam ebulliit*, & *exſpiravit.*

Nec invenire exitum) Indigitat tacite illos *lolores*, quibus *excruciatum nocte tota* ſcribit ſuetonius, item clyſterem, quo, tanquam bundantia laboranti etiam hoc genere ſub-reniendum eſſet, venenum immiſſum ait. pſe enim exitum non inveniebat, donec lyſtere aperta eſſet via.

Mercurius) Etiam hic ambiguitate qua-lam ludit. Mercurius hic enim introduci-ur ψυχοπομπεὺς, aut ταμίας τῶν ψυχῶν, ut Græci appellarunt, hoc eſt, is, qui im-perium in animas habebat, & de quo Clau-lianus.

—— commune profundis
& ſuperis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habes ——

Cum tamen & accipi poſſit Mercurius arti-um veriarum auctor, & ingeniorum Deus, propter ea, quæ ſequuntur.

Qui ſemper ingenio) Non aſſequitur Rhe-nanus acumen Satyricum horum verbo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

rum. Volebat Claudius docto videri ingenio, & facundia pollenti, quod oſtendunt iſta omnia, quæ in Suetonio habentur cap. 41. & ſeq. Imo ut ibidem legitur, novas tres litteras commentus erat. Jam apud veteres autor eloquentiæ & litterarum habitus eſt Mercurius: ergo propter ſimilitudinem placuiſſe dicitur Mercurio, ſicut prima ſpecie videri poteſt. At vero aliud innuebat Seneca. Nam quia Claudii crudelitas infinita, perque eam multi ex hac vita miſſi ad inferos, iſtam potius intelligit ſimilitudinem, qua ut alter Mercurius animas ad inferos agebat.

delectatus eſſet) Ut æſtimaret? an potius ut ſibi jungeret, hoc eſt, ex hac vita, cui dignus non erat, ad inferos ablegaret? Utrumque ſub eſſe videtur.

ne unquam) Locus corruptus, Rhenanus & Junius ajunt in priſcis libris legi: *nec unquam tamdiu cruciatus eſſet.* Faber: *nec unquam tam cruciatus eſſet.* Puto omnino legendum: *nec unquam tandem cruciatum eſſe.* Hoc eſt, cur non efficis, ut tandem aliquando ſit cruciatus, pœnaque tandem deſinat, & non perpetuo crucietur? Sententia, ſi quid video, aperta.

Annus ſexageſimus & quartus eſt) Non integer, ne erres, ſed incœptus. Vixit enim Claudius annos LXIII. menſes duos, dies

tre-

redecim, ut ſupputat Caſaubonus ad Sue-
onium, quem recte ibi ait annum inchoa-
um pro integro enuntiaſſe in definienda
Claudii vita.

Cum anima luctatur) Dictum eſt, quaſi
x diſciplina Stoica, ſecundum quam cor-
us carcer, vinculum, & cuſtodia animæ.
ed ineſt reſpectus aliquis, per ambiguita-
em Satyricam, ad id, quod de Claudio di-
ebat Antonia mater ejus, ut refert Sueto-
ius cap. 3. *portentum eſſe hominis, nec abſolu-
um à natura, ſed tantum inchoatum.* Poteſt
c id ſubeſſe, quod de ventris crepitu notat
henanus, quanquam illud alterum ſupti-
us, Senecæque ingenio convenientius vi-
eatur.

Patere mathematicos) fallitur Rhenanus,
uando hæc verba Parcæ eſſe putat, ac pro-
nde *patiar* ſcribendum eſſe. Sunt enim
Mercurii, adhuc loquentis, unde ſtatim poſt:
ed Clotho &c.

Aliquando verum) Mordet Mathemati-
os, venasque eorum arguit prædictiones.
Qua de re videnda eſt accurata diſputatio
exti Empyrici cap. 21. adverſus Mathe-
nat. Diogenes, cum quem cerneret ex eo-
um numero, nil ſtultitius ajebat eſſe homi-
e, ut de eo teſtatur Laërtius. Itaque &
Alexandriæ, ut refert Suidas, tributum no-
nine Blaccunomium impoſitum Aſtrolo-

gis, quia ad eos accederent ſtulti. In monu-
mento antiquo apud Gruterum p. 708. leg-
mus: *decepit utroſque maxima mendacis fam*
mathematici.

Ex quo princeps) In Principum enim vit
frequentiſſime, & cum cura maxima inqu
runt. Vide Tac. An. 16, cap. 14. Obſer
tamen & ante de eo prædictum, quod a-
quando imperaturus eſſet. Suetonius cap.
*Soror Livilla cum audiſſet quandoque imper-
turum* &c. Itaque hoc tempus accipie-
dum de iis prædictionibus, quibus ei mo
denunciabatur.

Omnibus menſibus) Faber & Junius t-
ſtantur, non *menſibus* ſed *menſis* legi in an-
quis libris quod rectum puto. Videra
Mathematici, fore, ut veneno circumver
retur. Itaque ſingulas ejus epulas ut ultim
prædicebant, & in quibus propinatum v
nenum exitium ei allaturum eſſet.

Horam) Eleganter de natali hora, p
quandam excellentiam. *genitalem horam* T
citus appellat. An. 6. cap. 21. Videtur ſt
dio omiſiſſe epitheton Seneca, ne pugnar
videretur cum eo, quod mox ſequitur.

Natum putavit) falſa eſt interpretati
Rhenani, ad obſcuritatem Claudii hæc r
ferentis. Quomodo enim obſcurus eſſe p
tuit Claudius, qui patrem Druſum, avu
Auguſtum habuit? Itaque aliud quid ſu

eſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ſt. Natus nempe dicitur, qui abſolutus
erfectusque editur in lucem, qui nondum
bſolutus eſt, non tam naſcitur, quam ef-
unditur, aut ejicitur. Ulpian. L. ſi ſervum
. ad L. Aquil. *Si mulier pugno, vel equa ictu
te percuſſa ejecerint* &c. At mater Antonia
e Claudio ajebat, *non abſolutum à natura, ſed
ntum inchoatum.* Ergo hoc eſt, quod Se-
eca tacite innuebat.

Fac, quod faciendum eſt) Alludit plane his
erbis ad formulam veterem, qua ſupplici-
m de aliquo ſumere jubentes magiſtratus
iebant, *hoc age.* Suetonius in Galba. c. 20.
*lures prodiderunt, obtuliſſe ultro jugulum, &,
t hoc agerent, ac ferirent, quando ita videretur,
ortatum.* Seneca lib. I. de Ira. *leni magis gra-
ique, quam rabida voce concipiam, & agi jube-
o, non iratus, ſed ſeverus.*

Dede neci) Virgilii verſus ex lib. IV. Ge-
rg. quo ignavum & prodigum regem apum
nonet neci dedendum. Eſt hic valde, ac-
ommodatus, propter ſimilitudinem, quia
 hic de Principe, eoque ignavo, & labori-
us reliquorum in voluptates ſuas abutente
ermo eſt.

Conſtituerat enim) Hoc apud veteres alios
non lego. Suetonius contrarium tradere
idetur cap. 25. ubi ait: *Peregrinæ conditio-
is homines civitatem Romanam uſurpantes in
ampo Eſquilino ſecuri percuſſit.* & Dio l. 60.

ἄλλου ἀναξίως (ita ſcribit Caſaubonus) τῆς πολιτείας ἀπήλασε. *multos quoque alios non ſuo merito in peregrinitatem redegit.* Interi hic ipſe dicteriis agitatum ſcribit, quod p Meſſalinam ejusque familiares promiſc quidam jus civitatis acciperet. οὕτως ἐ τῆς εὐχερείας ἐπευωνήθη, ὥστε καὶ λογοποιηθῆ ὅτι κἂν ὑάλινα τὶς σκεύη συντετριμμένα δῷ τι πολίτης ἔσται. *adeo vile factum eſt* (Jus Civi tatis) *ut vulgo jactatum fuerit, etiam ſi quis a cui vaſa vitrea confracta dediſſet, civem Roma nam fieri poſſe.* Et oratio ipſius apud Taci tum An. XI. cap. 24, pro Gallis civitatis ju & gerendi magiſtratus poteſtatem petenti bus, ut proniorem æquioremque peregrin oſtentant.

Togatos videre) Quales alias Romano cives in publico eſſe oportebat, ex edict Octavii, de quo Sueton. cap. 41. *Negotium Ædilibus dedit, ne quem poſt hac paterentur in foro Circove, niſi poſitis lacernis, togatum conſiſte re.* Cæterum hoc dictum eſt ad ſummam invidiam, cum res nulla Romanis eſſet ma gis acerba, quam omne promiſcue genu videre eodem dignitatis gradu apud ſe con ſtitutum.

Augurini, alter Babæ) De Augurino nihi extat apud veteres. Babam, ut hominem ſtolidum, memorat ipſe noſter ep. 15. ut Fa ber annotavit.

Illum

Illum incomitatum (Quia hoc moris fuit,
Principum funeribus. Servius ad V. Æn.
*uit hac majorum conſuetudo, ut quotiens reges
oriebantur, cum his dilecti equi vel ſervi, &
na de uxoribus charior circa rogum occiſi in-
nderentur.* Alludit ergo ad hunc morem
eneca: in quo ſubeſt ea acerbitas, quod
uia fere dilectiſſimos occidere conſueve-
unt, hi tales ſimul inter amiciſſimos Clau-
ii tacite numerentur, adeoque & ipſe ſtul-
orum ſocietati hoc pacto immiſceatur.
Quod plane feſtivum eſt.

Contentus erit) Videtur alludere ad di-
tum Auguſti: *Contenti ſimus hoc Catone*, de
uo Suet. c. 87.

Hac ait) Rurſum hic carmine utitur, in
ehementiori ſcilicet affectu gaudii, ob ſuc-
eſſorem Neronem.

Aurea ſacula) de quibus primum omni-
um Heſiodus, mox & Ovidius.

Laſſis) Sic recte Rhenanus pro *lapſis*.
aſſi hic, feſſi, malis nempe prioris ſeculi. v.
quæ notavi ad Pacatum cap. 3. *laſſas res* eo-
dem modo dixit Ovidius lib. V. Triſt. el. 2.
icut recte ibi, pro lapſis, quod in quibusdam
eſt, ſcribitur.

legumq́ ſilentia) Qualia ſub Claudio,
pro poteſtate ſua & arbitrio omnia ge-
rente.

Qualis diſcutiens) Curtius lib. X. cap. 9.

velut Sol exortus lucem caliganti reddidit mundo. v. quæ notavi ad c. 3, Pacati.

χαίροντας) Verſus eſt ex Cteſiphonte Euripidis. Ne is quidem ſine circumſpectione hic uſurpatus. Agebat enim de vitæ humanæ difficultatibus, ob quas lætandum ait, ſi quis moreretur, in præcedentibus. Ergo reſpectum habet ad id, quod præmiſſum eſt, *quid hominem miſerum torqueri pateris?*

Animam ebulliit) Satyrice. *Ebullire* proprie eſt ferveſcentis aquæ. Habet ergo reſpectum ad ſolutam Claudii alvum, vel vi veneni, vel immiſſo clyſtere. v. Suet. c. 44. & Tac. XII. c. 67.

vivere videri) Rurſum ſatyrice, & acute, ut ſupra.

Plus cibi ſumpſit) tanquam hic cibus cum feciſſet nullius poſtea cibi indigum, Satyrice. conſiſtit autem jocus iterum in ambiguitate ſenſus. nam qui moriuntur, & qui fiunt immortales, cibum non deſiderant cum cibo vita communis ſuſtentetur.

Nemo felicitatis ſuæ obliviſcitur) Elegans ſententia, in qua tamen ipſa verbum ultimum quid ſapere ſatyricum, ac arguere Claudii naturam obliviosſam videtur.

Bona ſtaturæ) Quia talis erat Claudius ut ex Suetonio cognoſcimus, Quanquam & hic ſubeſſe ſal ſatyricus videatur. Non enim verbis his laudari Claudium, quodam modo

modo ex ſequentibus de motu capitis, & vacillatione pedum in eo, intelligitur. Itaque ſpeciem tantum laudationis præferunt, ictus continent acerbam exagitationem. Nimirum bonæ dicitur ſtaturæ, & qui juſtæ etas magnitudinis, & qui eam ſuperat. Quomodo apud Terentium in Eunucho *bona felicitas* à donato exponitur, *magna, nimia*. At vero proceritas corporis tarditatis, hæbetudinis, ſtultitiæ nota eſt, quæ proinde etia tacite in Claudio ſic notantur. Ariſtoteles in libello de Phyſiognomia. *Qui ſunt valde magni, tardi, Motu enim ſanguinis magnum locum continente, motus tarde accedunt ad ſapere.*

Pedem dextrum) Suetonius de utroque pede cap. 30. *Ingredientem deſtituebant poplites minus firmi.* Videtur itaque & hoc in Claudium compoſitum Satyrica arte. Scilicet dextra felicia & auſpicata. Unde illud Horatii: *I pede dextro*: Inauſpicatus igitur quodammodo, cujus pes dexter ſe male habet. Itaque inauſpicatum ejus occurſum hic aliquomodo ſignificat.

Nec ullius gentis nota) Verba ſunt nuntii Jovis, qui cum non potuerit non omnes gentes noviſſe, ſatis apparet id argui occulte, quod & mox ſequitur, non tam hominem, quam prodigium aliquod ac monſtrum eſſe Clau-

Claudium, proindeq; adgentem nullam e-ferendum.

viſus eſt quaſi homo) Propter ſpeciem e-ternam, quæ tamen hominem non facit; t proinde ex ea verus homo cenſeri non p ſit, ſed ex anima & mente, qua Claudius carebat.

τὲς πόθεν) ex Odyſſ. A.

Hiſtoriis ſuis) Perperam Rhenanus h Græcas Claudii Hiſtorias, aut Tyrrhenic aut Punicas indigitari putat: Reſpexit e-nim Seneca ad eas, quas de vita ſua comp-ſuit, & in quibus multa de ſe comment fuit. Suetonius cap. 41. *Compoſuit & de vi ſua octo volumina, magis inepte, quam inelega-ter.* Inepte, ait, propter mendacia, & fict tragice de ſe fabulas, unde etiam factum, u apud neminem in precio eſſent, ſed riderei tur. Et hæc cauſſa, cur hic ſperat Claudiu fore, ut hiſtoriæ ſuæ inveniant locum, qui audit placere Herculi Homerica, quibus ſ milia erant, quæ ipſe de ſe ſcripſerat.

Ἰλιόθεν με φέρων) Verſus ex Odyſſ. IX de Ulyſſe. Is enim ita loquitur apud Poë-tam. Tribuitur autem Claudio hoc loc non ſine calliditate ſatyrica. Nam prim ingens inter Ulyſſem Claudiumque diſcri-men: ille aſtutiſſimus, hic ſtolidiſſimus, il-le laborioſus, hic iners ignavuſque. Ergo ex ipſa contrarietate aſſumptæ perſonæ, vi

ti

ti ejus apparent. Deinde traducitur ſtulta Claudii ambitio, qui ſe æquiparare ſummis apud veteres viris volebat. Præſertim Trojanis, à quibus oriundum ſe paſſim jactabat. Sed & tertio inane illud ſtudium in quotidiano ſermone carminis Homerici exagitatur, de quo Suetonius: *Multum pro tribunali etiam Homericis locutus eſt verſibus &c.*

Ἔνθα) Ait, veriorem fuiſſe hunc verſum, propter crudelitatem & ſævitiam.

Herculi homini minime vafro) Delendum eſt *homini*, quod eſt in editione Gruteriana Lugduni, ut opinor impreſſa. Certe non ut homo, ſed ut aliquis è numero divorum hic inducitur. Tribuitur porro Herculi ſimplicitas & facilitas credendi non modo ex hiſtoria, ſed & ſecundum Philoſophiam, ex qua novimus eſſe tales, qui animo fortes atque magni. Contra ſubdolos ac fraudulentos, qui infirmi.

Mera mendacia) Nempe, quod Ἰλιόθεν, oſtendunt, quæ mox ſequuntur de Lugduno.

Munatii municipem audis) Turnebus in aliis aliquibus legit, *vides*. Puto conjungendum utrumque hoc modo: *Munatij municipem vides. Audis, quod tibi narro?* Sane alias illud *quod* non ſatis commode præcedentibus cohæret. At ſi illud *Audis* adjungitur

tur, eleganter innuit aſſeverationem Fabs vehementiorem, ob intervenientem H- culis ſtuporem, qui vix perſuaderi ſibi p- ſus eſt, Claudium tali loco natum, tam p- terve iſta de ſe auſum mentiri. Et ſic Germ- ni. Du hörſt es wohl.

Romam cœpit) Hæc in reſpectu eoru- quæ ſuperius ex Homero, ὤλεσα δ' ἀυἶȣ̃ς.

Ego reddo tibi) præfero, quod habet c- dex Jureti, ***recipio***, & ***tibi*** deleo. Terentis Phormione v. ſ. 8. ***An verebamini ne non*** ***facerem, quod recepiſſem ſemel.*** Niſi quis p- tat per iſtud ***reddere*** reſpicere ad imperiu febris in eum per tot annos.

Ubi L. Licinius) Rectiſſime hic Lipſis adducit Dionem. lib. LIV. Licinium hu ut obſcurum & ignobilem, gravem tame tributorum ſeveritate Gallis, deſcribente Scilicet ideo ejus ſit mentis hoc loco, ut a- pareat quo exemplo Claudius ***municeps M- natij***, adeoque vilis, auſus ſit ſummum R- mæ faſtigium invadere, & in eo cuncta ſu- ma libidine adminiſtrare.

Plura loca calcaſti) Reſpicit id, quod i ſuperioribus de Hercule: ***quia totum orb*** ***pererraverat.***

Excandeſcit) Suggillat hic intempera- tiam Claudii in ira, cujus meminit Suet- nius cap. 38. ***Ira atque iracundia conſcius ſ*** ***utrumque excuſavit edicto, diſtinxitque, pollic***

*t alteram quidem brevem & innoxiam, alte-
rm non injuſtam fore.* Ira hic *excandeſcentia*,
iique per brevitatem excuſat. Adde eun-
em cap. 30.

Quid diceret, nemo intelligebat) Sic enim
e eo & Suetonius cap. 30. & noſter ſupra,
anquam hoc in eo vitium tunc maxime
c oſtendat auctum, cum excandeſceret,
neſciam; an non & apud Suetonium di-
o loco, quæ de linguæ titubantia dicit, re-
rri debeant ad præcedentia de ira, tali di-
inctione. *Ira turpior, ſpumante rictu, hu-
entibus naribus, prætereaq́ lingua titubantia:
sputq́ &c.* ut *titubantia* non primus caſus
, ſed ultimus. Sed hoc alii conſiderent;
e linguæ hæſitatione in ira, etiam apud a-
os vulgoque, multis agemus in commen-
rio noſtro de Ingenio perturbationum, ſi
itam Deus dederit.

Soluta manus) liberæ, expeditæ, quæ
ias morbo erat velut vincta aſtrictaque.
icero IV. Acad. *Hoc liberiores & ſolutiores
mus, quod integra nobis eſt iudicandi poteſtas.*
no potius pendentis, immobilis, languidæ,
rpentis, quomodo *membra ſolvi ſomno* di-
untur. Unde recte mox Gronovius: *Sed
d hoc unum.*

Ad hoc unum ſatis firmæ) cum in cæteris
ſent inſtabiles ac tremulæ, Memorat Dio
vita ejus.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Decollare homines ſolebat) Ipſe? Nihil ha-bet Suetonius, nec Dio. Et revera de ſco-geſtu hoc intelligendum.

Adeo illum nemo curabat) De hac liberto-rum pervicatia contra mandata Claudii ha-bet exempla Tacitus XI, 37.

Ubi mures ferrum rodunt.) Rhenanus a-hunc locum: *quaſi diceret, ſi mures hic fe-rum rodunt, quales nos eſſe putas.* Ego cenſe-primum reſpicere illum Claudii geſtum, quo decollari Febrim juſſerat, quaſi fru-ſtraneum non ſit ferrum in cœlo, niſi à mu-ribus arroſum. Deinde exagitare prodig-ſæpius memorata Livio & Julio Obſequen-ti de muribus ferrum arrodentibus, qua-hujus generis ſit, quod in cœlis victitat, cum vulgares iſtos ferrum rodere haud po-ſe conſtet.

Citius mihi verum) Comparativus propo-ſitivo quomodo alias, & frequentius, dici-mus *ocius*.

Ne tibi alogias) Ludit Satyrica arte in ambiguitatem vocis *alogias*. Alogia enim & linguæ vitium ſignificat, ſeu ſer-monis hæſitantiam, & defectum ratio-nis. Scilicet utrumque admiſerat Clau-dius: alterum inarticulate murmurando, alterum ibi exigendo ferrum, ubi mures ro-dunt.

Tragicus fit) Concinne, quia Herculis irati

iti exprimere ſermonem volebat. Ergo hic competebat ſermo tragicus, cum ob perſonam, tum ob affectum. Quem vehementiorem, cujuscunque ſit generis, carmine amat explicare in hoc opuſculo: ſicut in ſuperioribus ob gaudium ingens, & in ſequentibus ob luctum verſus adhibet.

Sede qua genitus cluas) Decorum perſonæ obſervat in antiqui verbi uſu. Hercules enim Deus antiquus, antique loqui debet.

Mentis ſuæ non eſt) Mens ſua non hic idem ac ſana, integra, ſed præſens, in poteſtate noſtra, quia qui non timent, mente faciunt præſenti, contra qui timent, mentem quodammodo amittunt, ejiciente eam timore. Mentis igitur ſuæ non eſt, hoc eſt timet, veretur.

Μωρῦ πληγὴν) Propter illam ſtultorum licentiam, in cujus reſpectu etiam ab initio dixerat de Claudio, aut regem creari debuiſſe, aut ſtultum. Et quia opponere ſe velle huic eorum licentiæ, & ob eam irasci, id nihil eſt aliud, quam ſuam ipſius prodere ſtultitiam. Ut non ſine cauſa metuat hic Hercules, qui ſi accepiſſet plagam, & riſum omnium commoviſſet, & ulciſci hanc injuriam honeſte non potuiſſet.

Oblitus) Vocabulum acrimoniam Satyricam continens. Alludit enim ad iſtam Claudii μετεωρίαν, de qua Suetonius, cap. 39.

Neminem parem) Dicitur in comparatio-

ne Herculis, quem modo vocabat *virum ſa-lentem*. Sed hoc ad robur corporis ac mem-brorum refertur, quod in Claudio fuit nul-lum. Itaq; Satyrice hoc arguit, & ſimul ſum-mam Claudii crudelitatem, abutentis non corporis, ſed imperatoriæ dignitatis viribus in bonorum exitium, traducit.

Gallum in ſuo ſterquilinio) *Galli* vocabu-lo reſpicere Satyrice ad id, quod ſuperius aie-bat, *Gallus germanus*, etiam Rhenanus obſer-vavit. At nos addimus, quod & voce *ſterqui-linio* tetigerit id, quod dixit, *omnia concacav*.

Hæc viſus eſt dicere) Satyrice, propter id quod ſuperius inquiebat, *quid diceret, nec intelligebat*. Sic itidem ſupra: *deſiit vivere vi-deri*, & iterum, *viſus eſt quaſi homo*.

Fortiſſime Deorum) Blanditiæ Claudii, tra-here in partes favoremque ſuum ſtudentis Herculem.

Tibi ante templum tuum jus dicebam) C[ur] *tibi*? Non hoc ſatis aſſequor. Sed nec illu[d] cur *ante templum tuum*. Nam ante templu[m] Herculis jus dictum non reperio. Ait ſa[ne] Dio, quod *in Foro plurimum jus dixerit* Cla[u]dius. At forum ad templum Herculis no[n] pertinebat, forum dico, ubi jus dicebatu[r]. Nam Herculis templum imminebat fo[ro] Boario, ut ex monumentis priſcis notum e[ſt].

totis diebus) Contra conſuetudinem [et] leges XII. tab.

Menſe Julio & Auguſto) Etiam hoc ſolu[m] noſt[...]

oſter prodit: quid innuat, non ſatis perſpi-
io. Certe ſubeſt cauſſa, cur nominatim his
ienſibus jus dixiſſe ferat. Forte id traducit,
uod eſt apud Suetonium cap. 14. *Jus dixit
iam ſuis ſuorumque diebus ſolennibus, non nun-
uam feſtis quoque antiquitus & religioſis.* Na-
is enim ipſe Kalendis Auguſti, ut Julius in
ienſis præcedentis die undecima, qui dies ei
lennes ob familiam.

Quantum illic miſerarium) Suetonius c. 15.
*lud quoque à majoribus natu audiebam, adeo
uſſidicos patentia ejus ſolutos abuti, ut deſcen-
ntem è tribunali non ſolum voce revocarent, ſed
lacinia togæ retenta, interdum pede appreben-
retinerent.* Hæ iſtæ miſeriæ.

Cloacas Augiæ) Dicterium eſt in Cauſſidi-
os, tacitaq; exagitatio illorum temporum,
uibus huic generi hominum peſtilentiſſi-
io quidvis impune licebat.

Sed quoniam) Hic ingens eſt lacuna.

Nihil tibi clauſi) Verba ſunt alicujus ex
iis cæteris, Herculis temeritatem exagi-
ntis, quod in Curiam ipſam ſecum addu-
ſſet Claudium. Ludit autem voce *clauſi* in
omen Claudii, ut opinor; quoniã & Clau-
i antiquitus Clauſi dicebantur. Ait, *nihil ti-
clauſi*, propter iſtam Claudii à majoribus
egeneratione͂, quos omnibus temporibus
aria virtute claros nobileſque fuiſſe con-
at, ob quam proinde factus ſit non Clauſus,
u non Claudius.

οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα) Dixerat Claudius ſu-
pra de laboribus ſuis, & patientia. Ideo ie
negat eum aptum , ut fiat Deus Epicureus,
qui non laborare ſcit, ſed otiari.

οὔτε ἄλλοις παρέχει) Puto carpere Claudii
varias criminationes, quibus multos ſæpe x
leviſſimis cauſſis circumvenit.

Sine capite) Scilicet paulo ante Hercules
cum vocaverat caput, in illis : *quæ gens mo-*
le eduxit caput. Et fuit *prolixo corpore*, ut Sue-
tonius teſtatur, atque adeo & capite. Jam
autem grande ac enorme caput nota ſtu-
ditatis, ut refert Ariſtoteles in Phyſiogno-
monicis. *Qui magnum habent caput, ſunt ſtu-*
pidi, quod ad aſinos refertur. Hoc ergo in Clau-
dio exagitat, iſtoq; propoſito verba ea Var-
ronis adducuntur. Rhenanus nō intellex.

Sine præputio) Rhenanus iterum hic err.
Ait hoc dici, quod *careat præputio , vel ob m-*
bum, vel quod jam ob ætatem ad venerem imp-
tunus & inutilis foret. Imo vero contrari
ait, quisquis hic loquitur, Ideo enim, q
Claudius caput habet ac præputium , ne
poſſe fieri Deum Stoicorum , in quo ni
hujusmodi. Quare magis eſt, ut hic Clau
libidines exagitari dicamus , ac per præpu-
um totam eam partem intelligi , qua
erat. Suetonius c.33. *Libidinis in fœminas e-*
profuſiſſima. &c.

Nec cor) Ob ſtoliditatem , cor enim ſedes
ac domicilium prudentiæ ex Philoſophia
Socratica, dixi ad Pacatum.

Nec caput)Quomodo? cum ob hoc ipſum paulo ante negaverit, poſſe Stoicorum Deum fieri. An, quia non tam caput, quam imperfecta inelaborataque moles, cui multum eſſet demendum, ut caput fieret? An, quia nulla Claudii exiſtimatio vel dignitas, ut reſpiciat id, quod ſupra dictum eſt: *adeo eum nemo curabat*? Sane caput pro dignitate & exiſtimatione accipi, etiam aliis notum. Et qui ſervorum ſuorum ſervus, is merito ſine capite cenſetur eſſe, quia ſervi caput habere non cenſentur. An denique quia caput inter obſcœna? quo ſenſu id ſignificaret, quod in præcedentibus volebat Rhenanus, de ineptitudine Claudii ad Venerem.

Caput habet) Addunt aliqui, *ne pedes*, quod cum hiſtoria non pugnaret. Porro videntur hæc eſſe verba ejusdem, qui ſupra negabat, Claudium caput habere, corrigentis ſe quaſi, poſtquam alius ex Diis iſtis eum interrupiſſet illa voce: *Eſt aliquid in eo* &c.

Si mehercules à Saturno petiſſet hoc beneficium) Nempe, ut in Curiam induceretur. Verba ſunt tertii alicujus ex diis, Herculem temeritatis ejus caſſa inceſſentis. Junius exponit de relatione in numerum deorum. At hoc nec dum impetraverat Claudius, imo reſiſtebant omnes, præter unum Herculem. Impetraſſe vero id, de quo ſermo eſt, verbum *petiiſſet* oſtendit. Igitur mea quidem

opinione verior hæc expoſitio, licet in alt. ram & Rhenanus conſentiat.

Cujus menſam toto anno) Sic Gruteria editio, quam ſuſpicione ſua firmat Juniu. Similis locutio in ſuperioribus, *omnibus a. nis, omnibus menſis efferunt*, pro *menſibus*. qu cum expreſſæ reperiatur in vetuſtis libr non profecto cauſſa eſt, cur cum Fabro ta topere hoc in loco repudiamus. Et poſtul quodammodo oppoſitio à nemine obſerv ta, quæ hic fit inter Saturnum & Herculer inter templum hujus, & illius menſam, i ter dies totos & totum annum. Dicit is, qui quis eſt, Deus, Saturnum, etiamſi Claudit non diem unum alterumque, aut menſen ſed annum integrum ei celebraverit, nor facturum id fuiſſe, quod fecit Hercules e exiguum cultum, quem ſupra Claudius pra dicabat.

Toto anno) Cum alioquin ſacra Saturr tantum durarent per paucos dies in unic menſe, ad quod voce *menſam* ambigue allu dit. Reſpicit porro ad Claudii intemperan tiam, de qua Suetonius cap.32. Et in ea ic præcipue, quod convivia agitaret *locis paten tiſſimis*, item *omni tempore*, ut idem loquitur Hoc enim convenit, cum ritu Saturnalio rum. Præterea cum in ſuperibus per illud *nec caput habet*, ingenium ſervile ei objece rit, non ſine ſale Saturnalia hic celebraſſe di cit, anno toto, cum in Saturnalibus iſta li-

centia

entia non dominorum fuerit, qua in luxu
: conviviis uſus eſt Claudius, ſed plane ſer-
orum.

Illum deum apage) Verba ſunt quarti ali-
ijus ex Deorum cœtu, ſine ordine Hercu-
m reprehendentium ob adductum in Cu-
am Claudium.

Oropenque ſororem ſuam) Nihil video me-
us ſanando huic loco, quam quod affert
ipſius. Emendatio ejus talis eſt: *Oro propter
ud? Sororem ſuam, feſtiviſſimam omnium puel-
rum, quam omnes venerem vocarent, maluit
unonem vocare. Quare, inquis, quare iniit So-
rem ſuam? Stulte, ſtulte, Athenis* &c. Senſus
pertus, ſi attendamus non quidem duo-
um inter ſe colloquentium ſermonem eſſe,
d unius interrogantis pariter & reſpon-
entis ſibi. Cæterum ſi quid immutare licet
ı Lipſii correctione, propius ad ſcripturam
eterem puto ita ſcribi: *Oro, per quæ. Soro-
em ſ.* &c. & paulo poſt: *Quare, inquis, quare
nim Sororem ſuam?* τὸ *enim* pro *tantum*, vel
uod Lipſius reperit, *inquit*, legi in vetuſtis
d oram libri ſui Miigius Nobilis Argento-
atenſis, vir omni genere doctrinæ inſtru-
tiſſimus notaverat. Et ſic amant loqui opti-
næ notæ Scriptores, quotiens pertinacius
uid quærunt. Suetonius in Claud. c. 16. *Qua-
e enim ego ſcio, quam amicam habeas.*

Omnes Venerem) Tacitus lib. XII. cap. 4.
ſerere crimina in Silanum, cui ſane decora &

procax Soror, Iunia Calvina. Habes cur Ver. rem. propter formam nempe, & pudicitia publicatam.

Maluit Junonem vocare) Lipſius: *Hoc v. let pro uxore habere. Nam mariti blandien uxorculas, Junones appellabant.* De nomine b. ne, de re perperam. Tacitus expreſſe pr. dicto loco: *non inceſtum, ſed incuſtoditum am rem ad infamiam traxit.* & huc pertineba quod adjectum eſt in præcedentibus, *qua tum quidem in illo fuit.* Itaque de ſola appe latione locum hunc interpretor. Vocav ſororem ſuam Silanus forte pro *Junia, Jun nem.* Id alii ſic interpretati ſunt, tanquan turpem cum ea haberet conſuetudinem.

Athenis dimidium) Quia hic germana tantum ducere licebat, non uterinas; con tra etiam has Alexandriæ. vide Corn. Ne in Cimone, item Rutgerſium Var. Lect. 1. c 9. Itaque, vult dicere, tantum non eſt cri men, ſi vel maxime commiſiſſet, quipp quod gentes tam cultæ civitatesque pro cri mine non habent.

Quia Roma, inquit,) iterum legendum eſt, *inquis*, continet enim aliam objectio nem. Porro innuitur his frequens etiam Romæ fuiſſe hoc ſcelus, ſicut nempe fre quens eſt, ut mures molas lingant, atq; ideo emendare hoc Claudium voluiſſe.

Quid in cubiculo ſuo) Puto hæc dici per jo cum inflectendo verba præcedentia in ſen-

ſum

m alium, quam quo dicebantur. Nempe ta proverbiali locutione erant prolata; hic curvitatis correctione, cujus in cubiculis t uſus, interpretatur. An potius illam cor-ctionem indigitat, quæ eſt in veſtimentis, pillis, cætero ornatu? Sane iubeſt quid usmodi, cum alias nullus hic ſit locus diſ-rendi de cubiculo. Ac forte id, quod prius ixi, cum ob Claudii libidines, tum id, quod quitur: *etiam cœli ſcrutatur plagas*; quaſi ne-io quas plagas alias ſcrutari ſolitus ſit in ubiculo, ac iccirco correxerit.

Templum in Britannia) vide Tac. XIV, 13.5.

Quod nunc barbari) Lipſius ad Tacitum mendat: *quod hunc*: puto ſine cauſſa. Vult icere, parum videri Claudio eum honorē, uem jam nunc conſecutus eſt apud Britan-os, niſi eundem obtineat apud gentes cul-is, ipſosque Deos. Illud *nunc* reſpicit Clau-ii petitionem, quam hactenus impetravit, t à barbaris colatur.

Αλώρȣ) corrupta hæc ſunt & ſine ſenſu: identur autem deſumpta fuiſſe ex veteri uodam, & vitium aliquod in Claudio ar-uiſſe. Gronovius ſuſpicatur, μῶροι Μόρυχον, el μωρότερον Μορύχȣ.

Privatis intra curiam morantibus ſententiam icere, nec diſputare) Locus obſcurus. Qui nim hic illi privati? quomodo eosdem mox ocat *Patres conſcriptos*? deinde in editione ruteriana non eſt *morantibus*, ſed *motanti-*

bus, quod ad contentiones cum Hercule Claudio referri poſſe videtur. Eſt enim *m*... *vere* ac *motus* aliquando idem ac ira ... iraſci, ut in Pacatum annotavimus. Veru... plane corruptum hoc Typographi vitio e... ſtimo, & *morantibus* legendum, ut ſenſus ... cum Jupiter cerneret, privata agi intra c... riam, loco publicis deſtinato, iisque priv... tis impediri publica, venit ei in mentem, u... le fore ſi diceret ſententiam, nec cum cæt... ris ipſorum more diſputaret. Privata h... vocare videtur ea, quæ ſupra de Silano ... Sorore ejus, & Claudii cubiculo dicebantu... hæc impediebant, quo minus ageretur ... propoſita quæſtione, an in numerum De... rum referendus eſſet Claudius. Non pl... cet, quod Pithæus ſcribit, *extra* pro *intra c*... *riam*. Nempe putavit ipſe, Senecam hoc d... cere, veniſſe Jovi in mentem, dicendas e... ſententias non in præſentia privatorum, ſe... abſentia, ideoque ſubmovendos eſſe. Se... primum ſcribendum fuiſſet *dici*, non *dicer*... item *diſputari*, non *diſputare*. Deinde nec *pr*... *vatis* in plurali numero ſatis commode ve... apte uſurpatur de uno Claudio. Deniqu... ipſum etiam privatorum vocabulum parum recte ſumitur pro partibus litigantibus in judicio. Porro ſi quam Jupiter ſententiam intelligat, quæras, non eſt ea alia, quam quæ ſtatim ſequitur: *Volo ſervetis diſciplinam curiæ*.

Eg

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Ego, inquit, P. C. Mallem: *ergo, inquit, P.*
. ut evidentior ſit connexio cum præce-
entibus.

Mera mapalia) Lipſius in ſuo reperit:
era nuptialia. Junius in ſuo *merapamalia*, ex
uo facit *merapatolem*, & de eo qui ſtipulam
ıſpirat, exponit. At Rhenanus, Turnebus,
caliger, vulgatam retinent lectionem, &
x Feſto *mapalia* diſſolutionem iſtam deo-
um exponunt, cum quibus hactenus ſen-
endum puto, donec certius quid ex priſcis
odicibus appareat.

In Kal. Iulias) Cur in hunc potius diem,
uam alium? Subeſt ſane aliquid. An, quod
a die migrationes ex ædibus fierent Romæ?
laudius autem poſt mortem cœlum, ut æ-
es novas ambiret? De quibus Jano merito,
t januarum præſidi, ſententia ferenda fuit,
trum per eas admittendus eſſet Claudius,
n excludendus. Sed hoc amplius conſide-
andum.

Poſtmeridianus Conſul) Non ſerium inter-
retatur Turnebus, quia eo tempore nihil
rii fiebat apud Romanos. Probo.

Ἅμα πρόσσω) Hemiſtichion Homeri ex
iade A vel Γ, quo fere utitur in deſcriptio-
e prudentis. Seneca more ſuo & hoc ſenſu
ſurpavit & ſimul ad duplicem Jani frontem
eſpexit. quæ ambiguitas hic feſtiva eſt, &
dicula, prorſusque Satyræ conveniens.

Quod in foro vivat) Adeoque actionibus
inter-

interſit, optimosque audiat Oratores, Ja
namque templum fuiſſe in foro Romano t
ſtis Roſſinus. quod de nummulariis hic adſ
runt, quid faciat, non video.

De magnitudine Deorum) Videtur lude
in ineptos oratores, locis communibus in
piam ſuam explentes.

Iam fama minimũ facit) Rhenanus, Juniu
Hornius conſenſu tradunt legi in Mſſ. no
minimam, ſed *nimium*, nec *facit*, ſed *feciſti*. Sc
licet Jani oratio erat ad Jovem cunctis indu
gentem illum honorem. At quid hic facit i
lud *fama*? ego ſane non intelligo. Nec eni
Famam deos facere Janus voluit, ſed Jove
Quid ergo, ſi legamus? *jam fana nimia fec
ſti*. Sed videtur fuiſſe quædam oppoſitio i
ter præcedens & hoc membrum. Ac potiu
ſcribendum eſſe, *jam ferme minimam feciſti*
ſcilicet, rem eam.

& jam peſſimum) Sunt ex inepta gloſſa
nec Mſſ. agnoſcunt, ut diſertim teſtantur
quos prædixi.

Ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν) Hemiſtichion Ho
meri ex Iliade 2, quo Glaucum quærit Dio
medes, an homo ſit, ut pugnando eum inte
ficiat. Atque hoc reſpectu uſurpaſſe noſte
videtur, quia ibi oſtenditur differentia inte
deos & homines. Hos mori poſſe, illos no
Quaſi dicat hic Janus, cenſeo eos in Deoru
numerum non recipiendos, quorum finis ul
timus mors eſſe debet. Quanquam & lon
giu

gius ſpectaſſe potuerit ad iſtam Claudii ignaviam, quippe qui ventri deditus & fruges tantum conſumere natus, in Deorum numerum recipi haud merebatur, ad quos aditus olim non erat, niſi per ingentes virtutes ac excellentia facta.

Aut ex his) Conſentio Dan. Heinſio, rejicienti hæc ex textu.

Et ipſe deſignantus Coſ.) *Ipſe*, quia ſupra, *is deſignatus erat*, &c. fuit autem in uſu, ut hi primi ſententiam rogarentur.

Dieſpiter) Rhenanus hoc loco: *Iovis cognomentum*. Sane hoc verum eſſe conſtat ex Gellio, quique teſtimonio ejus utuntur, Gyraldo Voſſioque. At hic Jovem ſignificare non puto. Quomodo enim ipſe ſententiam, & poſt Janum dicit, qui toti conventui Deorum præeſt, ſententiasque rogat? Deinde filius dicitur Vicæpotæ; at hoc de Jove verum non eſt. Ergo alium hic innuit, quem autem, non video. Forſan hoc totum confictum eſt. nam Vicæpotæ dea eadem cum victoria, ut multis probant Rubenus Elect. 1. & Salmaſius ad Solinum. Ac victoriæ, ut virginis, nullus apud veteres filius. Quid, ſi dicamus innuere aliquem ex iis, qui pecunia obtinuit, ut conſul fieret? Unde forſan *nummulariolum* appellat, & quia pecunia vicit, Vicæpotæ filium facit. Quid, ſi Pallantem libertum Claudii? de cujus immani avaritia, immenſaque apud Claudium potentia multa Suetonius

tonius & Tacitus. Sane videor quid iſtiu-modi ſubodorari, cum plane certum ſi non convenire, quæ dicit, hiſtoriæ de de-rum originibus ac genere.

Vendere civitatulas ſolebat) Cur hoc ad-ditur? quia Claudius civitatem aliam an-bit, & in numerum deorum cupit tran-ſcribi.

Auriculam ei tetegit) ritu monentis. Virg. Ec. VII. *Cynthius aurem vellit* Servius: *id eſt, movit.* nempe inſtare ſolebant, hoc vult. Ad de Lipſ. IV. ep. 27.

Divus Claudius divum) Ad riſum repeti-totiens illud *Divus, divum*, & exagitationem turpis in Romana gente adulationis.

Quam ipſe) Qui nunc ſupplex ſuam divi-nitatem hic emendicare nititur, tam ſcilice-egregia iſta dea, ut iccirco & hic Deus eſſe mereatur.

Sapientia antecellat) Sunt hæc palam Sa-tyrica.

Ferventia rapa) Hemiſtichion neſcio cu-jus ex antiquis. videtur hic carpere avidita-tem Claudii, de qua Suetonius: *Cibi quocun-que & tempore & loco appetentiſſimus.* Porro hoc ait eſſe *e republica* non Romana ut vult Rhenanus, ſed cœleſti, ne Romulus ſolus hac dignitate eminens aliquid novi molia-tur, cum cæteri dum nectare ſint contenti ac ambroſia. Sunt omnia jocoſa & ſalis Saty-rici plena.

Ad

Ad Metamorphoſes) Sicut Julii Cæſaris & Romuli, de quibus noſter in præcedentibus, & Ovidius. Hæc aperta ſententia, & in ſpeciem externam. Intus vero id ſubeſt, quod Rhenanus vidit, de re prorſus fabulis, quibus plenum eſt id Ovidii opus, ſimili.

Mea res agitur) Quia Claudium adduxerat, Deumque fieri exoratus à Claudio volebat, quod niſi obtinuiſſet, turpe ſibi futurum apparebat. Ergo recte res Herculis, ſicut res Veneris, cum Jovem oraret pro Romulo, ad quod abſque dubio hic reſpicit. Quæ hic Rhenanus memorat, nil huc faciunt.

Deinde ſi quid) Servat decorum in perſona & oratione. Nam Herculem ſupra *minime vafrum* appellaverat. Hinc iſta promittendi ſimplicitas, & per locutiones proverbiales.

Nullum verbum) Satyrice, de defuncto.

Terra marique pacem peperi) Exagitat magnifica de Auguſto elogia, quorum hodieque aliqua extant. Et memorat Occo aliquid p. 39. in quo legitur: ORBE MARI ET TERRA PACATO. Quanquã eo fere inclinem, ut in ipſo monumento Ancyrano hæc verba Auguſti extitiſſe putem.

Periit jus imperii) Aſſentior Rhenano & Fabro, qui hic legunt *præcidit*. Sed poſt *imperii*, comma ponendum puto. *Præcidit* exhibent & noviſſimæ editiones.

quam

quam canis exta edit Sic vulgati veter
quam canis excidit: Quod Rutgerſius in Vars
de aleæ infelici jactu, *canis* appellato, put
exponendum. tam facile, inquit, homin
occidebat, quam jactus infeliciter cecid
ſent. Conſentio: cum hac comparatio
ſimul & ingens ejus ſtudium circa aleam,
crudelitatem, ſorte potius, quam ex cau
definiendo ſupplicia, & miſere ſic pereu
tium frequentiam numerumque, cum ſe-
per frequentior canis jactus ſit, quam V
neris, auctor arguiſſe videatur.

Sed quid ego) Puto deeſſe commemo
tionem quorundam, quos Claudius inter
cit, ex Senatoribus.

Alteram fame) Juliam Druſi filiam int
ligit, quam in exilium ejecit teſte Tacito A
14. c. 63. Ita enim accipio, τὸ *à Claudio pul*
Ergo ibi in exilio fame abſumpta, & ſic int
ligendum *occidit*, quod apud Suetonium
29, & Dionem legitur.

Videris Jupiter, an in cauſſa mala, certe i
tua) Puto probam hanc eſſe lectionem. C
cero pro Quintio: *Viderint iſta officia bo*
viri. Sed quomodo *in tua*? quoniam ad maj
ſtatem Jovis pertinebat, ne quoſvis, om
um minime ſtulte crudeles in collegiu
deorum aſſumeret, quippe quæ hoc pac
vileſceret apud homines, uti ſupra quoqu
Janus innuebat. Ita quondam cenſueran
accipiendum Locum. Nunc accipio Cl. Gr

nov

ovii explicationem, quæ apud ipſum pot-
ſt legi. Hoc vult, & dicit Auguſtus ad Jo-
em: Videndum tibi, an in deorum nume-
um referre debeas hunc neceſſariorum
orum interfectorem. Dicet foraſſe, recte
os a ſe interfectos, tanquam libidinibus in-
eſtis conſpurcatos. Silanum enim Juliam
rorem pro uxore habuiſſe. Verum ſi hæc
auſſa ſufficiens ad parricidium, cogita,
uid de te cenſeat, qui ſimiliter uxorem ha-
es ſororem tuam, & vide, ne quod probas
Claudio, alius tanquam æquum & lau-
abile arripiat, & in exitium vertat tuum, &
quoque, ſicut ipſe Silanum, ſubvertat.

Hoc fieri ſolet in cœlo?) Alii, *hoc fieri ſolet?*
cœlo &c. Puto neutram lectionem bene ſe
abere, & iſta verba eſſe non Auguſti inter-
ogantis, ſed Claudii, reſpondentis, vel ſal-
em Auguſti, tacitam Claudii reſponſionem
roponentis, atque ideo delendam eſſe in-
errogationis notã. Nempe innuebat Clau-
ius Jovem neminem vocare in judicium,
uem punit, nec facti ſui cuiquam reddere
tionem. Idem proinde ſe facere feciſſeque,
ui alter eſſet aut fuiſſet Jupiter in terris.
æc loci ſententia, ut puto.

Non fit) verba Auguſti, evertentis Clau-
i reſponſionem.

Qui tot annos regnat, ani) Aſſentior Junio,
genti ex Mſ. qui habent, *Vulcano, quoi t. a*
gnatum, h.e. cui regnatum, ſive qui regna-

vit. Oſtendit, Jovem nil ejusmodi, quæ Claudius, commiſiſſe, etiamſi is tam diut[urno] tempore imperaverit atque ideo & ca[u]ſas ſæpius juſtæ iræ habere potuerit, & p[ro] autoritate ſua æquius & excuſabilius hoc [fa]cere. Conſiſtit autem refutatio in eo, quod Jupiter pœna tantum aliqua affecerit e[os], quibus iratus fuit, & vel crus eorum fregerit, vel non nihil ſuſpenderit, Claudius ve[ro] prorſus interfecerit.

Vulcano) vide fabulam apud Homerum Jl. A, unde & mox ſequens verſus, ade[s] quoque Lilium Gyraldum in Syntagm. de Diis.

Suſpendit illam) non ad necem, in col[lo] ſed mænibus forte, ad dolorem, idque aurea catena, incude inſuper duplici ſuſpenſo [a] pedibus. Vide Ili. O. & Palæph. in Jab.

Iſte Cajum) verba Auguſti convertens ſe ad concilium.

Mortuum proſequi) Alii libri habent *per[se]qui*, quod rectum eſſe puto. Dicit, non deſ[i]tiſſe Claudium omni occaſione reprehende[re] re facta Cai, cum tamen melior quodam modo ipſo fuerit. & huc ſubſequens ſpectat comparatio. Sane Claudium cuncta Cai i[r]rita feciſſe ac aboleviſſe memoriam ejus, ſtatuas etiam ſuſtuliſſe, Dio teſtis eſt libro L[X].

Socerum) Marcum Silanum, uti ex Sue[]tonii cap. 12. intelligimus. At hoc minus eſ[t] quam generum occidere, quia vulgo mag[is]

amar

mantur generi, ob ſpem in futurum, quam
oceri ob ſpem jam præterlapſam; & amor
ortius deſcendit, quam aſcendit.

Craſſi filium) Craſſum etiam infra vocat
atrem generis ſui. *Socerum*, ait, *filiæ ſuæ Craſ-
um* &c. Hujus ergo filius fuit, quem Sueto-
ius vocat Cn. Pompejum. Verba ſunt in
ita Cai c. 35. *Cn. Pompejo ſtirpis antiquæ, Ma-
ni cognomen ademit.* Antiquam ſtirpem vo-
at Pompejanam, qua in ſtirpe proinde et-
am Craſſi cognomentum fuiſſe ex hoc loco
iſcimus, quod alii non annotarunt, qui Cal-
hurniis tantum, Claudiis, Fonteis, Lici-
iis, Otaciliis, Papyriis tribuere.

Hic nomen illi reddidit) cum cognomen-
o enim Magni legitur apud Suetonium vita
Claudii c. 27. Torrentius ad eundem vita
Cai cap. 35. *Huic Cn. Pompejo reddito Magni
omine, Claudius poſtea filiam deſpondit.*

Caput tulit) Fruſtra hic acumen quærit
Rhenanus. Legendum enim *ſuſtulit*, non *tu-
it*, exigente oppoſitione, quæ eſt intet *tolle-
re* & *reddere*. Similitudo ſyllabæ poſterioris,
vocabuli *caput*, abſtulit & abſorpſit ſyllabam
priorem ſequentis *ſuſtulit*, quod veriſſimum
credent, qui Mſs. tractarunt. Porro ſuſtuliſ-
ſe Pompei caput, & noſter infra ait, & firmat
Suetonius c. 25. *E generis Neronem adoptavit,
Pompeium atque Silanum non recuſavit modo,
ſed & interemit.*

Scriboniam, Baſſioniam, Aſſarionem) Scri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

boniam infra vocat *ſocrum filiæ ſuæ*, unde v
Craſſi, vel Appii Sylani conjugem fuiſſe n
ceſſe eſt: nec enim cujus filiæ ſocrus fuer,
exponit, quanquam Craſſi magis putem.

Baſſioniam) Alii habent *Triſtioniam*, qu
dam non duas faciunt Scriboniam Baſſion
am, diſtinctione aliqua, ſed unam, diſti
ctione ſublata.

Craſſum vero tam fatuum) Infra: *Craſſum
frugi hominem, tam ſibi ſimilem, quam ovo ovu*
Fuit ergo ſtolidiſſimus. At hunc acerbiſſ
mo joco ait vel propterea potuiſſe regnar
Scilicet exemplo Claudii, quo quisque d
mentior, hoc ei magis omnia impune licen
unde illud ſuperius, *ειμεt* μωρȣ πληγὴν, &c: *a
regem, aut fatuum naſci oportere.* Ergo ſimu
quo quisque dementior, hoc magis aptus a
imperium, & hoc magis imperare debet.

Principis pietate) Iſthæc omnia, uſque a
iſte, *Hunc nunc Deum* &c. inducenda eſſe
autoritate veterum Mſſ, in quibus non le
guntur, & Hiſtoriæ, cui repugnant, juxta
cum Fabro Lipſioque cenſemus.

Summa rei) τὸ *rei* ex gloſſa & interpreta-
tione puto eſſe. Cicero in epiſtola quadam
ad Atticum: *Summa autem, Afranium cum
claſſe venere* &c.

Craſſum frugi hominem) Ludit in cogno-
mentum Craſſi, *Frugi* namque dicebatur,
Sueton. c. 17. Claudii. *Craſſus Frugi equo pha-
lerato, & in veſte palmata ſecutus* eſt currum
trium-

riumphentis Claudii, de Britannis. Et fuit hoc uſitatum in Craſſorum familia cognomentum.

(Collo obtorto) tanquam in jus, & ad tribunal apud Inferos. Plautus in Rudente Act. III. Scen. ult.

> *In jure cauſſam dicito, hic verbum ſat eſt,*
> *Sequere. LA. Obſecro te, ſubveni, mi Charmides,*
> *Rapior obtorto collo.*

Per viam ſacram) quæ tendebat ad forum, ut ex Suetonii Vitellio cap. 17, intelligimus. At ibi Roſtra, ubi ſolenniter laudatos fuiſſe Imperatores, conſtat ex ejusdem Julio cap. 84. Auguſto, cap. 100. Tradit porro idem autor Claudium *funeratum ſolenni principum pompa.* ut proinde hic ad id reſpexerit autor noſter.

tantus conventus) Ita vulgati: ſed plane arbitror legendum *concentus.* Arguit, quod ſtatim ſequitur, *ut etiam Claudius exaudire poſſet.* nec enim conventus auditur, ſed concentus, & cauſſa nulla eſt, cur, cum paulo ante *turba*, nunc ſtatim *conventus*, hoc eſt, idem bis dicat.

Matho) Alii habent *Agatho.* Sed iſta verior lectio. Meminit hujus Mathonis Cauſidici, Juvenalis, nō tantum Satyra 1. ut obſervat Junius, ſed & ſeptima, & undecima. Scholiaſtes ejus: *Mathonis, advocati, qui ſceleribus dives effectus eſt.*

Pauci cauſſidici) ut Pedo, cujus idem Juvenalis meminit, Sat. VIII. & Curtius, Sat.

XI. Per cauſſidicos hic porro rabulas in-telligit, & fori purgamenta, quibus aure præbere ſolitum Claudium, ex ſuperioribus didicimus.

Pallidi, graciles) Scilicet eorum nulla tu fuit opera in republica, proindeque nec ſ pendia accipiebant, nec habebant præmi unde ſe alerent. Itaque non ſine cauſſa gr ciles: cum, contra Matho aliquis reru omnium affluentia pinguis eſſet, atque cra ſus. Hunc enim ex oppoſito horum arg ere Seneca videtur vel præcipue. nam Scholiaſtes Juvenalis de eo, *plena ipſo lectic quia craſſus fuit.*

Non ſemper Saturnalia) Alludit ad id, quo ſupra neſcio quis de Claudio: *Saturni men ſem toto anno celebravit.*

Ut vidit funus ſuum) Acerbiſſima exag tatio, ejus ἀβλεψίας, quam in Claudio deſcr bit Suetonius cap. 39.

Cordatus homo) lepidiſſime. Sed non a ſtultitiam Claudii refertur, & ideo dicitur quia ſine corde, & ἀναίσθητος, ut nonnemo eruditiſſimorum putavit: verum potius quia natura fuit timidiſſimus. Suetonius cap. 35. *Nihil æque, quam timidus & diffiden fuit.* Adde cap. 10. Itaque & præcedit *ce cidit pulchre,* quod de iis uſurpatur, qui poſt fortiter commiſſam pugnam interficiuntur in media victoria. At Claudius inter epu-las, non in acie, boleto, non ferro interem-

ptus

pis eſt. Cæterum pro *homo* in Mſſ. omni-
bs Fabro teſte eſt *tano*, de quo alias videbi-
nus. Sane timidi natura, quibus cor ma-
gum eſt, Plinius lib. II. cap. 37. *Audacia*
e ſtimantur animalium, quibus cor parvum,
e pavida, quibus pragrande. Ut ſic cordatus
catur, ut *vaſatus, comatus.* Quanquam ut
tnoris, ſic amentiæ quoque ac oblivionis
deatur eſſe nota. Nam & de Hermoge-
: deliro narrat Suidas, quod cor ejus reper-
m ſit majus, quam vulgo eſſe ſolet.

Fortior orbe) qui vix hoſtem vidit; imo,
i urbem cæpit, exemplo ſc. Ulyſſis, qui tam
cile homines occidit, ut canus exta edit,
i publica clade Imperiũ Romanũ affecit,
erus πυργοπολυνίκησ, ut eſt in præcedenti-
us. Amat enim ex ratione ac ingenio Saty-
e plures ſenſus ſub eodẽ dicto per pulchrã
nbiguitatem noſter comprehendere.

Vincere curſu) feſtiviſſime de eo, qui in-
cediens deſtituebatur à poplitibus minus
rmis, uti Suetonius ait, cap. 30.

Fundere Parthos) de his & ſequentibus nil
eferunt Hiſtorici. Nam quod de Parthis ex
XII. An. Tac. habet Rhenanus, id non ad
ujus, ſed Neronis tempora pertinet. Itaque
ic amplius cogitandum, & vide Suet. 17.
b initio.

Certaque manu) de eo, qui habebat maxi-
ne mobilem ac tremulam. dixi ſupra.

Colla catenis) Heu quam magnifice. At

Suetonius cap. 17. *ſine ullo prælio aut ſangui intra paucissimos dies parte inſulæ in deditionem receptâ, Romam rediit.* Igitur & hoc ad riſum nam quæ poſtea Veſpaſianus, teſte Taci in Agric. cap. 13 fecit, ea huc non pertinen

Tremere Oceanum) Fruſtra eſt, quod h Rhenanus affert de Orcadibus à Claudi imperio Rom. adjectis, ex Euſebio. Pugnan enim aperte, quæ habet Tac. Vit. Agr. c. 10 ubi tempore Agricolæ, hoc eſt, multis ann poſt, id ait factum. Rectius cum Daniel Heinſio exponimus de corona navali, fix faſtigio Palatinæ domus à Claudio, inſign DOMITI OCEANI, ut Suetonii ſun verba.

Dicere cauſſas) Stephanius ad Saxonis lib VI. exponit, *cauſſas agere*, Nequicquam. E repugnant ſequentia. Nam audire parte non eſt cauſſidici, ſed judicis. Ergo *cauſſa dicere* hoc loco idem, quod *ius dicere.*

Una tantum parte audita) Mordaciſſimũ quo reſpicit, quod eſt apud Sueton. cap. 15 *Abſentibus ſecundum præſentes faciliime dabat nullo delectu, culpane quis, an aliqua neceſſitate ceſſaſſet.*

Sæpe & nulla) Simile ſuperiori, Suet. c. 29. *Juliasque, alteram Druſi, alteram Germanici filiam crimine incerto, nec defenſione ulla data, occidit.*

Venale genus) Propria eorum nota, qua à

Juris-

uriſconſultis diſcriminantur. Vide Pollе-
um lib. II. Fori Rom. cap. 9.

Voſque Poëta) Qui exigui lucelli gratia mnia, etiam peſſima Claudii dicta factaque ttollebant.

Deorum nuntius) Tò *nuntius* cum Cambdeo & Grutero delendum puto, natum à mauſcioli.

Compendiaria via) Valde hoc feſtivum. cilicet Claudius primum iter fecit ad cœos, ibique diu egit cum Jove reliquisq; cœtibus de divinitate ſua; mox reverſus, fuus ſuum ſpectat: At vero Narciſſus ante, uam Claudio ſunus fieret, ſe ipſum intericere coactus, Claudium iſtis occupatum ntevertit. Maxime cum nulla ſolenniori ompa, nemineque prope conſcio ſit ſepulus, ad quod compendiariæ viæ mentione lludere videtur. Adde Tac. An. XIII. c. 1.

Narciſſus) Libertus Claudii, eunuchus, otentiſſimus in aula,

Indulſit Cæſar cui Claudius omnia ——

icut Juvenal. ait in fine Sat. XIV. Adde uet. c. 28. & 29. Tac. XI. An. c. 33.

Dominus Domini) Suet: dicto loco: *His libertis addictus, non principem ſe, ſed miniſtrum git.* eadem ſententia, ſed noſter acutius cerbiusque, propter manifeſtam contradictionem. Plinius in panegyrico ſimiliter, ſed contrario modo c. 88. *Pleriq; Principes cum eſent civium Domini, libertorum erant ſervi.*

Uterat à balineo) Suſpicor plane his verb Satyrice ludere in genus mortis, quo obi Ait namq; Tac. An. XIII. c. 1, quod *neceſſita extrema ad mortê* ſit *actus*. Id credo ex hoc lo co factum in balneo, reſolutis ferro veni pro conſuetudine illorum temporum, ind que balnei hic fieri à Seneca mentionem.

Ille autem) Puto cum Junio, abeſſe hæ debere ad iſtud, *dicto citius*, nec continere niſi expoſitionem brevitatis, qua hic ex na tura negocii uſus eſt Seneca.

Bellua centiceps) Veteres: *bellua centicep. puſillum superturbatur* (*albam canem i. d. h. a, ſueverat*) *ut illum vidit canem nigrum villoſum ſane non quem velis t. i. t. o. Et magna voce: Clau dius, inquit, venit.* Puto rectiſſime hanc le ctionem ſe habere, editaque ingenio ſciol interpolata eſſe.

ἡϱήκαμεν) Sic codex Junianus: alii εὑϱήκα-μεν, quod probat Faber: Sed in alteram ſcri pturam magis conſentio. Non enim valet quod ait Faber, eſſe hæc ſolennia verba in ſacris Oſiridis. Nam ob hoc ipſum per jocum pauliſper immutaſſe Seneca videtur.

C. Silius) qui Meſſalinam duxit. Tac. XI. c. 35. ubi & reliquorũ nomina leguntur. *Admotus Silius tribunali, non defenſionem, nõ moras tentavit, precatus, ut mors accelerarêtur. eadem conſtantia & inluſtres equites Romanos cupidos maturæ necis fecit, Titiũ Proculũ cuſtodem à Silio Meſſaliæ datũ, & indicium offerentem, Vectium*

Va-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

…lemtem, & confeſſum, & Pompejum Vibicum, …Saufellum Trogum ex conſciis trahi ad ſuppli…um jubet. Decius quoq; Calpurnianus vigilum …efectus, Sulpitius Rufus ludi procurator, Junius …rgilianus ſenator, eadem pœna affecti.

Junius Prætorius) Rhenanus & Junius in …dicibus ſuis repererunt *unus prætorius*, pro…tq; Junius. At vero Sex. Traulus, quem re…e pro Trallo ſubſtituit, prætorius fuiſſe nō …iditur, ſed eques Romanus. *Ne Trauli qui…m equitis Romani defenſio recepta eſt*, ait. Ita…ue magis inclino eo, ut dicam ſcribendum …ncius ex *Tacito*.

Decoris cauſſa) Si recte video, hic iterum …ſus eſt in ambiguitate vocis. *Decor* vel *de…s* enim refertur ad corpus, quo potiſſimum …ſtriones cenſebantur, & erat pulcher is …neſter. Refertur & ad facta, quæ in ſe ho…eſtatem habent. Dicitur autem is Mneſter …terfectus à Claudio, non tam, quod meri…is eſſet ſupplicium, quam ne ſolus veniam …npetraſſe ex tā multis accuſatis videretur. …ac. XI: An. c, 36. *Solus Mneſter cunctationem …tulit dilaniata veſte clamitans: aliis largitione …ut ſpei magnitudine, ſibi ex neceſſitate culpam. …ommotum his & pronum ad miſericordiam Cæ…rem perpulere liberti, ne tot illuſtribus viris in…rfectis, hiſtrioni conſuleretur* &c. Itaque hoc …ecus, quod reſpexit Claudius. Forſan & …atura fuit procerior, ut ſic & illud *minorem …icere* magis conveniret in corporis ejus ha…itum.

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Convolarunt primum) Totum hunc locu lege ex Junii Fabrique codicibus hoc mod: *Convolarunt primum omnium liberti, Polybi, Myron, Harpocras, Amphaus, Pharonactus: qu Claudius omnes, necubi imperatus eſſet, pramiſerat.* cætera deleo.

Imperatus eſſet) Sic legi in plerisq; vetuſt, confirmant Rhenanus & Faber. Neq; mut. Scilicet eſt eadem ſcribendi, ſeu loqueni ratio, qua ſupra *menſam* pro *menſem* bis h buimus. *Imparatus* autem, quia nihil age ſine ope libertorum potuit. *Imperatus* vei quia dictis eorum, ut miniſter domini imp riis, obſequebatur. Porro ex *imperatus* qu non intelligebat, *imperitus* fecit, ut in quibu dam legitur.

Rufus Pompei F.) Putat Junius, eſſe eum qui Tacito XI. An. c. 21, *Curtius Rufus*. Se is in Africa *defunctus* dicitur, cum hic qui me morantur, omnes fuerint interfecti. Igitu Junio hic non aſſentior, ſed puto eſſe *Rufum Criſpinum.*

Saturnius Luſcius) Scribunt alii *Luſcus* Sed ſcribendum *Luſius*, quomodo & in vete ri codice reperit Junius. Sic enim & Tacito vocatur An. XIII. c. 43.

Iuſtus Catonius & Rufus, Pompei F.) Dix Rufum hunc eſſe non Curtium Rufum, ſed Rufum Criſpinum, de quo Tacitus An. XII. c. 42. *Nondum tamen ſumma moliri Agrippina audebat, ni pratoriarum cohortium cura exſolverentur*

ntur Luſius Geta, & Rufus Criſpinus, quos Meſſalinæ memores, & liberis ejus devinctos credebat. Intelligitur ſimul ex hoc loco, quales *Præfectos* putaverit Seneca, nimirum cohortium prætorianarum, cujuſmodi cum nuſpiam in vita Claudii Catonis fuiſſe quidam legatur, neſcio an non pro eo hoc ſubſtituendum ſit nomen, quod eſt apud Tacitum.

(Celer Aſinius) quid? ſi *Gallus* Aſinius? qui in eum conſpiravit. V. Suet. c. 13.

Poſtulat, nomen ejus recepit, edit ſubſcriptionẽ) Junius, *recipiat, edit ſubſ.* Rectiſſime, quod habent alii: *recipi, edit,* ſed poſt *recipi* duo puncta, vel punctum minus ſcribendũ Cic. I. in Ver. *Si quis abſentem Stheniam rei capitalis reum facere velit, ſeſe nomen ejus recepturum.* Porro iſta verba, *is lege Cornelia, qua de ſicariis lata eſt, quærebat,* puto parentheſi includenda eſſe.

Edit ſubſcriptionem: Occiſos) Hinc illa ſubſcriptio, in qua ſumma accuſationis. Ita enim conſueviſſe, patet ex Luciani Bis Accuſato, quem vide.

(Occiſos Senatores XXX) deeſt una littera numeralis nempe V. Suet. c. 29. *In quinq; & triginta ſenatores, trecentosq; amplius equites R. animadvertit.* Ex hoc Suetonii loco, perperã intellecto, aliquis in ſuperioribus hos omnes ſcripſerat interfectos die nuptiarum Claudii & Agrippinæ, quia poſt verba de nuptiis, ea ſtatim ſequuntur, quæ attulimus.

atq;

atq; plures, cateros) Scribendum eſt: *Equites Romanos C C C atq; plures, ceteros ὅσα ψε-μιατ@* &c. Rhenanus ſcribit *CCXXI. ceter.* Id mox in textum ab aliis aſſumptum p t vocabulum *ceteros*. Sed perperam. Nec enim certum numerum ediderat Seneca, ſed rotundo uſus pro definito, plane ſicut Sue[tonius] nius fecit, unde nec illud, *atq; plures*, deli poſſe apparet.

P. Petronius) Forte is, cujus meminit T[ac]. An. VI. c. 45.

Poſtulat advocationem) h. e. jus advocat[io]nis, ut adeſſe reo liceat. vide Briſſonium [de] formulis lib. V. p. 412.

Magnis clamoribus) Non Pompei, ſed [re]liquorum, quos ſupra memoravit. Sic nam[que] ſolebant partim approbantes, quæ dicerẽt ab accuſatore, partim concitantes Judice[m] ad vindictam. Plin. IX. ep. 13. *Mirum, qua [con]tentione, quibus clamoribus omnia exceperint.* [vi]de me opuſculo de Stylo c. 10. §. 3.

Incipit patronus velle reſpondere) Quomo[do] *patronus*, cum ei paulo ante patronus neg[a]retur? Aut nihil video, aut ſcribendum [est] *Petronius*. Volebat nempe hic invitis cete[ris] & prohibitus id minus in ſe ſuſcipere, igit[ur] mox ſtatim ei ſilentium quoque imponitu[r]. Atque ita video nunc & in noviſſimis e[di]tionibus excuſum.

Altera tantum parte audita) Alludit ad i[d] quod eſt ſuperius: *una tantum parte audita*. [de] quo ibi.

ἔικε πάθαι) Faber ſcribit ex Mſſ. αἴκε πάθας κ' ἔρεξας. Senſus eſt: *Si forte hac te ad iram vent, dabitur jus æquum*, vel potius *ſimile*, ale ſcilicet tu dare ſolebas. Alludit ad id risconſultorum, qui æquiſſimum ajunt eſ- , ut quis patiatur id jus, quod in alium ipſe tuit.

Si minus dij latura feciſſent) Codices vetu- : *Si uni dij laturam feciſſent*. Ex quo Junius: *uni dilaturam*. Alciatus *ſi ullam dilaturam*. uid? ſi, *ſi uni dij dilaturam*? Quanquam aſus non propterea integer. Præceſſit sq; dubio Sententia, qua aliqui volebant, audium uni ex ſontibus adeſſe, ceu mini- um, eumque in ſupplicio juvare, cui ad- uendæ additum erat: niſi dii uni & alteri aturam facerent, eumque velut reſpira- ſe paterentur, fore, ut brevi pereant, atq; circo pœna eximantur. Huc reſpicit quod quitur, *Tantalum ſibi periturum*, quæ pro- de verba puncto à præcedentibus ſeparan- ſunt.

Non unquam Siſyphum) Ex iis, quæ jam odo dixi, patet uno verbo legendum: *Non- unquam*. & mox, *relevandum*, non *relevari*. opter ſequens *ſufflaminandam*.

Excogitari debere, inſtituendum) Perperam: c enim *inſtituitur* labor, ſed *conſtituitur*. Er- accipio lectionem Mſſ. Rhenani & Junii, *ſtitui debere, excogitandum*.

Et alicujus cupiditatis ſpecies) Ego plane hic legen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

legendum autumo *ex alicujus cupiditatis ſpecie*, vel, *& al. c. ſpeciem.*

Ab illo flagris) Reſpicere id, quod hab Suetonius c. 8. videtur *interdum ferula flagique, velut per ludum, excitabatur à Copreis*. Porro flagra, inter ſupplicia ſervilia, hinc argumenti, quo Cajus Cæſar utitur, vis, ratio.

Adjudicatur C. Cæſari) Rectiſſime Juni codex. *Adjudicatur; C. Cæſar illum Æa donat.* Vulgata ab eo eſt, qui τὸ *adjudicatr* neutraliter poni poſſe neſciebat.

Menandro liberto) Num integrum ho nomen ſit, alias diſpiciemus plenius, nur enim vix opinamur.

Ut à cognitionibus ei eſſet) dele τὸ *ei*. Ace be autem à *cognitionibus*, propter incogitar tiam Claudii, ac judicii imbecillitatem, tar quam, ſi hoc ei imperaretur, non minus ind ſupplicii, quam cæteri ex aliis laboribus, ſi perlaturus.

EXPLICIT.

GRÆCI

Græci Scriptoris
incerti

COMPENDIUM
RHETORICÆ.

Vertit in Latinum

Et Notis neceſſariis illuſtravit

JOANNES SCHEFFERUS
Argentoratenſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Συνοπτικὴ παράδοσις τῆς Ῥητο-ρικῆς ἀδήλου.

Ῥητορικοῦ λόγου τρία καθέστηκεν εἴδη, δικα-
νικὸν, συμβουλευτικὸν, καὶ πανηγυρι-
Τούτων δὲ ἕκαστον διαιρεῖται εἰς δύο εἴδη τα-
καὶ εἰς τέλος, πρὸς ὃ ἀφορᾷ. Τὸ μὲν οὖν δικα-
νικὸν διαιρεῖται εἰς κατηγορίαν καὶ ἀπολογ-
τέλος δὲ τούτου, τὸ δίκαιον. τὸ συμβου-
λευτικὸν, εἰς προτροπὴν καὶ ἀποτροπ-
τέλος δὲ αὐτοῦ τὸ συμφέρον. Τὸ δ' αὖ πανηγυ-
ρικὸν εἰς ἔπαινον καὶ ψόγον· πρὸς δὲ τὸ καλὸν
φορᾷ. Ὑπὸ δὲ ταῦτα τὰ εἴδη ἀνάγονται τὰ ῥητο-
ρικὰ προγυμνάσματα, ἃ εἰς δώδεκα διεῖλε
πρὶν ὁ Ταρσεὺς Ἑρμογένης. εἰς ὕστερον δὲ ταῦ-
εἰς δέκα καὶ τέσσαρα παρεξέτεινεν ὁ Ἀντιοχεὺς
Ἀφθόνιος. Ἀνασκευὴν γὰρ καὶ κατασκευὴν μι-
διδασκαλίᾳ τοῦ Ἑρμογένους περιλαβόντος
καὶ τὸ ἐγκώμιον καὶ τὸν ψόγον ἑτέρᾳ, αὐτὸς
λῶν τὰ δύο ταῦτα, νομίζεσθαι πεποίηκε δέκα
τέσσαρα. Πάντα μὲν οὖν τὰ προγυμνάσμα-
Ἑρμογένους εἰδικά τε καὶ μερικὰ, ὥσπερ αἱ ε-
καὶ στάσεις αἱ δέκα καὶ τρεῖς, καὶ πᾶσαι τούτω-
μερικαὶ ὑπὸ τὰ τρία εἴδη ἀνάγονται. Ἰ-
ον δὲ ὅτι τὰ προγυμνάσματα αὐτὰ
καθ' αὑτὸ τιθέμενα τὰ παρεπόμενα π-
τα αὐτοῖς ἐπιδέχεται, ἃ καὶ κεφάλαια κ-
τὰ χρηστικῶς λέγονται· ἐν δὲ τελείοις εὑρισ-
μενα λόγοις, ἢ οὐδὲν τῶν παρεπομένω-
ἢ σπάνια ἐξ αὐτῶν ἀποδέχεται. Τ

Compendiaria doctrina Rhetoricæ Incerti.

RHetoricæ orationis tria ſunt genera, jurediciale, deliberativum, panegyricum. Horum quodlibet dividitur in duas quaſdam ſpecies, & quem reſpi-it, finem. Ac jurediciale quidem dividitur in ccuſationem & defenſionem, quarum finis ſt juſtum. Deliberativum autem in adhorta-ionem & dehortationem. Finis vero eſt utile. anegyricum denique in laudationem & vitu-erationem, reſpicitque honeſtum. Ad hæc enera referuntur progymnaſmata Rhetori-a, quæ duodecim propoſuit ante Hermoge-es Tarſenſis: poſtea eadem ampliato nume-o fecit quatuordecim Aphthonius Antioche-us. Refutationem namque ac confirmatio-em una præceptione compræhendente Her-ogene, ut & laudationem & vituperationem na, ipſe duo iſta dividendo effecit, ut videren-ır eſſe quatuordecim. Cunctæ igitur iſtæ pro-ymnaſmatum Hermogenis ſpecies, earumq; artes, quemadmodum & ſtatuum ſpecies, uæ ſunt tredecim, omneſque earum partes ad ia iſta genera referuntur. Sciendum autem, uod progymnaſmata per ſe poſita recipiant a omnia quæ ſequuntur, & abuſive capita uoque nominari ſolent. In perfectis autem rationibus reperta vel nihil eorum conſe-uentium, vel pauca eorum recipiuntur. Tira

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

μὲν οὖν εἴδη λόγου ῥητορικοῦ, ὑφ' ἃ καὶ τὰ προ-
γυμνάσματα καὶ αἱ στάσεις, ὡς ἔφην, ἀνάγ-
ται. Ἕκαστος δὲ τέλειος λόγος ἑνὸς
ὁ ἤδη τινὸς τῶν τριῶν τούτων ἰδεῶν, ὥσπ
καὶ ἑκάστη τῶν στάσεων ἐκ τεσσάρων μερῶν συ-
γκεῖται, προοιμίων, διηγήσεων, ἀγώνων· καὶ ἐπι-
λόγων. Τινὲς δὲ πέντε ταῦτα φασὶν, ἀγῶ
μὴ ὀνομάζοντες, ἀντὶ ἀγώνων, ἀντιθέσεις κ
λύσεις: ἕτεροι δὲ πίστεις καὶ λύσεις, καὶ ἕτε
ἑτέρως. Τὸ πανηγυρικὸν καὶ τέλειον προοί-
μιον ἐκ τεσσάρων σύγκειται μερῶν ἢ μορί
ἐκ προτάσεως, ἐκ κατασκευῆς, ἐξ ἀξιώσε
ἢ ἀποδόσεως, ἢ τῶν δύο ὁμοῦ, ἐκ τετάρτης τ
βάσεως. Τῶν δὲ προοιμίων εἴδη εἰσὶ τέσσ
ρα· τὸ ἐξ ὑπολήψεως προσώπων καὶ πραγ
μάτων, τὸ ἐξ ὑποδιαιρέσεως, τὸ ἐκ περιουσίο
καὶ τὸ ἀπὸ καιροῦ. Τὰ πρόσωπα καὶ τὰ πράγ
ματα διαιροῦνται εἰς τέσσαρα, εἰς ἔνδοξα, ἄδ
ξα, ἀμφίδοξα, καὶ παράδοξα. οὕτω μὲν εἰ
τέσσαρα εἴδει τῶν προοιμίων. τρεῖς δὲ τρόπ
τῶν διηγήσεων· ἁπλοῦς, ἐγκατάσκευος, κ
ἐνδιάσκευος, οὓς καὶ χαρακτῆρας τινὲς ὀνομά
ζουσι, χαλαρὸν, ἁδρὸν, μέσον. Καὶ χαλαρ
μὲν καὶ ἁπλοῦς χαρακτὴρ, ὁ ἄνευ κατασκε
ῶν τῷ πανηγυρικῷ ἐφαρμόττων. τὸ γὰρ πα
νηγυρικὸν, ἢ ἔπαινος ἢ ψόγος ἐστὶν ὁμ
λογουμένων ἀγαθῶν ἢ πονηρῶν. τὸ προφα
νὲς δὲ καὶ ὁμολογούμενον, ἀποδείξεων οὐ δεῖται

ἁδρ

gitur ſunt genera orationis Rhetori-
æ, ad quæ & progymnaſmata, & ſtatus,
ti dictum eſt, referuntur. Quævis autem
erfecta oratio ad unum refertur ex tribus
ſce generibus, quemadmodum & quilibet ex
atibus componitur quatuor ex partibus,
cordio, narratione, contentione, & con-
uſione. Has quidem ajunt quinque, ac
æterita contentione pro ea objectionem
ſolutionem ponunt, alii vero probati-
nem & refutationem, alii aliter. Aptum
ncioni perfectumq; exordium ex partibus
mponitur quatuor ſive membris, propoſi-
one, probatione, petitione vel aſſumpti-
ne, aut utroq;, ſimul & quarto, ex ter-
ino. Exordiorum autem ſpecies ſunt qua-
or; ex opinione perſonarum & rerum, ſub-
viſione, abundantia, & denique ex occaſio-
. Perſonæ & res dividuntur in quatuor, ho-
ſta, & inhoneſta, dubia, & incredibilia. Et
e quidem quatuor ſunt ſpecies exordiorum.
arrationum autem modi ſunt tres, ſimplex,
obabilis, & illuſtris, quos & characteres vo-
nt, tenuem, magnificum & medium. Ac
nuis quidem ac ſimplex character, qui eſt
e probatione, panegyrico competit. Ge-
s enim panegyricum laudem continet vel
uperium eorum, quæ ab omnibus haben-
pro bonis aut malis. Quod vero clarum,
goque ſic habetur, probatione non in i-
get.

ἀδρὸς δὲ καὶ σύντονος, ὁ ἐγκατάσκευος, κ
ὁ πυκνοτέραις κεχρημένος ταῖς ἀποδείξεσι,
προσφυὴς τῷ δικανικῷ εἴδει τελῶν. δεῖ γὰρ
ςὸπιν ἔχειν τὸν πολιτικὸν καὶ δικανικὸν λόγον,
καὶ μὴ ἀναπόδεικτον εἶναι· μέσος δὲ τρόπο
καὶ χαρακτὴρ, ὁ ἐνδιάσκευος, ὁ μέσως κ
μὴ κατακόρως κεχρημένος ταῖς ἀποδείξεσι,
μήτε πάντη ἀναπόδεικτα λέγων, μήτε μὴ
συνεχέστερον κεχρημένος. πῆ δὲ ἐγκατασκευ-
ως καὶ ἀποδεικτικῶς, πῆ δὲ ἐνδιασκεύως κ
κατ' ἔκφρασιν, ὃς καὶ τοῖς τρισὶν εἴδεσιν
προσφυὴς, καὶ μέσος καλεῖται εἰκότ.
Μᾶλλον δὲ τῶν λοιπῶν τῷ συμβουλευτικῷ
γῷ ἀνεῖται καὶ λόγοις τὴν ἱστορίαν συντάττε.
τοῖς ἱστοροῦσι γὰρ πῆ μὲν ἁπλῶς διηγεῖσθαι, π
δὲ κατασκευάζειν δυσπιστούμενα, πῆ δὲ πρ
σωπά τε καὶ πράγματα, καιρούς τε καὶ τόπ
ἐκφράζειν, καὶ παντοίων ζώων ἰδέας, Τοιαύ
μὲν ἡ ἑρμηνεία τῶν διηγήσεων. Τέσσαρα μ
ἄδη τῶν προοιμένων, ὡς τριῶν τρόπων τ
προειρήκαμεν· καὶ τρεῖς διηγήσεων τρόπ
οἱ καὶ χαρακτῆρες καλούμενοι, προσφυεῖς ο
ἔφημεν εἴδεσιν. Ὅμηρος δὲ καὶ τέταρτον
δι' ἀλληγορίας παρέδωκε, τῷ πανηγυρικ
μὲν καὶ αὐτὸν ἐφαρμόττον· ἁρμοδιοφυέα
τίθεσθαι, ὅταν εὐτέλιαν λόγου πρὸς ὄγκον κ
μέγεθος ἐξᾶραι βουλόμεθα. Οἱ ἀγῶνες
διαιροῦνται εἰς ἀντιθέσεις καὶ λύσεις. αἱ ἀντι
θέσεις δὲ καὶ αἱ λύσεις τὴν σύστασιν ἔχε

σ

...t. Magnificus autem & validus, qui &
...obabilis pluribus utitur probationibus &
...tura pertinet ad genus judiciale. Fidem
...im oportet habere civilem ac forenſem o-
...tionem, nec deſtitui argumentis. Me-
...a vero forma & character mediocriter, ac
...que nimium utitur argumentis, nec etiam
...e omni probatione aliquid affert, aut ni-
...is frequenter, ſed aliquando culta, & per pro-
...tiones, aliquando ſimpliciter & per deſcri-
...iones, qui & tribus generibus eſt conveni-
...s, & jure medius appellatur. Ex reliquis
...tem maxime deliberativa orationi compe-
..., aut iis, quæ hiſtoriam continent. Nam
...i hiſtorias ſcribunt, interdum ſimpliciter
...rrant, interdum probant, quæ à fide remo-
...ora ſunt, interdum perſonas, res, tempora,
...ca deſcribunt, omnisque generis animan-
...um figuras. Atqve hæc narrationum ex-
...icatio. Quatuor igitur ſunt ſpecies procœ-
...iorum trium formarum, quas prædiximus,
... tres formæ narrationum, quæ & chara-
...eres vocantur, propriæ iis, quæ diximus,
...eneribus. Homerus autem addidit & quar-
...am allegoricam, quæ & ipſa apta eſt gene-
... panegyrico, maximeque idonee adhiberi
...oteſt, ſi tenuitatem orationis in ſublimita-
...em ac magnitudinem volumus attollere.
...ontentiones autem dividuntur in objectio-
...es & ſolutiones. Objectiones autem & ſo-

lutio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

σιν ἐκ κεφαλαίων, ἐπιχειρημάτων, ἐργασιῶν, καὶ ἐνθυμημάτων, καὶ ἐξ ἐπενθυμάτων ὅτε καὶ πλατῶν. Καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον κεφάλαιον δεῖ θετικῶς εἰσάγειν τὸν ῥητορεύοντα· εἶτα χρῆσθαι τοῖς ἐπιχειρήμασιν, ἐργασίαις, τοῖς λοιποῖς. τὸ δὲ τοῦ ἀντιθέτου κεφάλαιον πρότερον χρὴ λύειν προτάσει, ὑποφορᾷ, ἀντιπροτάσει, καὶ λύσει. εἶτα χρεὼν χρῆσθαι κἀκείνῳ ἐπιχειρήματι καὶ τοῖς λοιποῖς, ὥσπερ ἔφημεν, καὶ τὸ μὲν κεφάλαιον ἐξ ὧν γίγνεται εἴπομεν. Τὸ ἐπιχείρημα δὲ ἐκ τῶν περιστατικῶν, ἢ πάντων ἅμα ἢ τινων κατασκευάζεται. Ἡ ἐργασία γίγνεται ἀπὸ παραβολῆς, ἀπὸ παραδείγματος, ἀπὸ μείζονος, ἀπὸ μικροτέρου, ἀπὸ ἴσου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου, ἢ πάντων, ἢ τινων. Τὸ ἐνθύμημα σύγκρισις καὶ συμπέρασμά ἐστι τοῦ ἐπιχειρήματος καὶ τοῖς ἐργασίαις. Τὸ ἐπενθύμημα ἐστὶ δεύτερον ἐνθύμημα. Πλαστὸν δὲ ἐστιν πᾶν τὸ μὴ γεγονὸς, ἐπιτιθέμενον δὲ καθ' ὑπόθεσιν. Πρότασις νῦν ἐστι λόγος, ἐν ᾧ ἐλπίζεται ἡ ὑποφορά. Ὑποφορὰ δὲ, ὁ τοῦ ἐχθροῦ λόγος. Ἀντιπρότασις δὲ ἡ τῆς λύσεως ἐπαγγελία. Ἡ λύσις δὲ γίγνεται κατ' ἔνστασιν, καὶ ἀντιπαράστασιν, καὶ κατὰ τὸ βίαιον. ταῦτα περὶ ἀγώνων. Ὁ ἐπίλογος δὲ διαιρεῖται εἰς αὔξησιν ἀγαθῶν, ἢ καὶ τελείαν ἐκβολὴν καὶ ἐξαίρεσιν καὶ εἰς ἀνακεφαλαίωσιν

ſtiones componuntur ex capitibus, epichi-
rematis, tractationibus, enthymematis, &
epenthymematis, aliquando quoqve fi-
ctione. Atque caput quidem proprium o-
portet ſimpliciter adducere oratorem, poſtea
epicherematis, tractationibus atqve cæte-
r. Caput autem objectionis ante omnia
oportet ſolvere propoſitione, ſubſumptione,
propoſitione contraria, & ſolutione. Poſtea
le, adhibere illic quoqve epichirema cæte-
rqve, ut diximus. Atque ſic, ex quibus fiat
out indicatum eſt. Epichirema vero ex
circumſtantiis vel omnibus ſimul, vel aliqui-
b conficitur. Tractatio vero naſcitur ex
ſimilitudine, exemplo, minori, majori, ab æ-
quali, itemque à contrario, vel omnium, vel
aliquorum. Enthymema eſt comparatio &
conclusio epichirematis & tractationis. E-
penthymema eſt ſecundùm enthymema. Fi-
ctio vero eſt id omne, quod quidem factum
non eſt, cauſæ tamen conducit. Jam vero
propoſitio eſt oratio, in quâ ſpem habet ſub-
ſumptio. Subſumptio autem eſt oratio ad-
verſarii. Contraria propoſitio eſt promiſſio
refutationis. Refutatio fit per inſtantiam &
repulſionis rationem contrariam, & per vio-
lentum. Hæc de contentione. Concluſio
vero dividitur in amplificationem bonorum,
ultimam deſtructionem & everſionem,
repetitionem capitum præcipuorum, &

actio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

σιν τῶν καιριωτέρων, τὴν καὶ διπερολογ
ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν τεσσάρων λόγου μερῶν,
προοιμίων, διηγήσεων, ἀγώνων, ἐπιλόγων.
Ἐπεὶ δὲ πᾶς λόγος ῥητορικὸς, ὁποῖος ἂν τῶν
τριῶν εἰδῶν εἴη, διά τινων ἰδεῶν ἁρμοδίων αὐ-
τῷ συντίθεσθαι εἴωθε, φέρε καὶ τὸν τῶν ἰδεῶν
ἀριθμὸν ὑμῖν διαχαράψωμεν. Ἑπτὰ δὲ εἰσὶν
ἰδέαι λόγου ῥητορικοῦ: σαφήνεια, μέγεθος, κάλ-
λος, γοργότης, ἦθος, ἀλήθεια, δεινότης. μᾶλ-
λον δὲ ἕξ· ἡ γὰρ ἀλήθεια ὑπὸ τὸ ἦθος ἀνα-
ταττομένη. Τρεῖς γὰρ τούτων εἰσὶ γενικαὶ, ἡ σα-
φήνεια, τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ἦθος, αἱ δὲ λοιπαὶ
εἰδικαί. Τῶν γενικῶν τριῶν ἰδεῶν ἡ μὲν σα-
φήνεια δύο ἰδέας ἔχει ὑποβεβηκυίας αὐτῇ,
ἐξ ὧν δὴ γίγνεται, τήν τε εὐκρίνειαν καὶ τὴν
καθαρότητα· τὸ δὲ μέγεθος, ἕξ: σεμνότητα,
περιβολὴν, τραχύτητα, λαμπρότητα, ἀκμὴν,
καὶ σφοδρότητα. τὸ δὲ ἦθος ἐπιείκειαν, ἀφέ-
λειαν, ἀλήθειαν, καὶ βαρύτητα, ἥτις βαρύ-
της αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν οὐ θεωρεῖται, ἐκ δὲ τῆς ἀ-
φελείας καὶ τῆς ἐπιεικείας συνίσταται. Ἑκάστη
τῶν εἰδικῶν ἰδεῶν ἐξ ὀκτώ τινων μορίων συνίσ-
ταται, ἀγνοίας, μεθόδου, λέξεως, σχήματος,
κώλων, συνθήκης, ἀναπαύσεως, καὶ ῥυθμοῦ. Καὶ
τὰ μὲν λοιπὰ σύμπαντα τῶν ἰδεῶν μόρια
ἠριθμημένα καὶ γνώριμα. Σχήματα δὲ Ἑρ-
μογένης μὲν βραχέα τινὰ παραδέδωκεν ἀ-
γωνιστικὰ, σποράδην δὲ καὶ ἑτέρων ἐμνήσθη
σχημάτων. Ἡμεῖς δέ σοι καὶ τὸν περὶ τούτ

tionem ſecundam. Et hic quidem de quatuor orationis partibus, exordio, narratione, contentione & concluſione. Cum vero omnem orationem rhetoricam cujuscunque ſit generis ex illis tribus ad ideas quasdam componi ſit uſitatum, age, etiam idearum numerum vobis deſcribemus. Sunt autem ſeptem ideæ rhetoricæ; claritas, magnitudo, pulchritudo, celeritas, mores, veritas, efficacia. Vel potius ſex, nam veritas potia eſt ſub moribus. Harum autem tres ſunt generales, claritas, magnitudo, mores, aliquæ vero ſpeciales. Ex tribus generalibus ideis claritas quidem duas habet alias ideas ſibi ſubjectas, unde naſcitur, diſtinctionem et puritatem. Magnitudo autem ſex, gravitatem, complexionem, aſperitatem, ſplendorem, vigorem, & vehementiam. Mores vero æquanimitatem, ſimplicitatem, veritatem, & gravitatem, quæ non ſpectatur per ſe ipſa, ſed in ſimplicitate & modeſtia conſiſtit. Quælibet ex ideis ſpecialibus conſtat ex octo partibus quibusdam, ſententia, methodo, dictione, figuris, membris, compoſitionibus clauſula, & numero. Ac cæteræ quidem omnes, quæ enumeratæ ſunt, idearum partes, ſunt notæ. Figuras autem Hermogenes quidem prodidit paucas quasdam contentionum, ſparſim vero cæterarum qouqve fecit mentionem. Nos vero tibi & harum

expo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

τρανώσομεν ἀριθμὸν, ὡς Φοιβάμμονι τῷ σο-
φιστῇ, καὶ μινουκιανῷ τῷ τεχνογράφῳ δοκεῖ κ(αὶ)
τοῖς ἄλλοις τῶν ῥητόρων. δεξώμεθα λέγειν
κατὰ Φοιβάμμονα τὸν ὅρον τοῦ σχήματος, εἶ-
τα κατὰ Τιβέριον. Σχῆμά ἐστιν ἐξάλλαξις ε-
τὰ διάνοιαν ἢ λέξιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἄνευ τρο-
πῆς γιγνομένη. Τιβέριος οὑτωσί. σχῆμα
ἐστὶ τὸ μὲν κατὰ φύσιν τὸν νοῦν ἐκφέρον, μηδ' ἐ-
εὐθείας, ἀλλ' ἐκτρέπον καὶ ἐξαλλάττον τὴν δι-
άνοιαν κόσμου τινὸς τῇ πλάσει, ἢ χρείας ἕ-
κα. Λέξεως δὲ σχῆμά ἐστιν ἐξάλλαξις τοῦ ἐν
ἔθει κατά τινα πλάσιν κόσμου, ἢ χρείαν ἕν-
παρέχουσα τοῖς λόγοις. Ἀλλὰ γὰρ τὸν ὁρισμὸν
ἀποδόντες, φέρε καὶ τὸ καθ' ὄνομα τῶν σχημ-
των διατρανώσομεν. Πάντα τὰ τῆς ἐννοίας
καὶ τῆς λέξεως σχήματα κατὰ τέσσαρας τρόπ-
γίγνεται ἤτοι αἰτίας. κατὰ ἔνδειαν, κατὰ πλε-
ονασμὸν, κατὰ μετάθεσιν, καὶ κατὰ ἐναλλαγ-
Ἀρκτέον δὲ ἀπὸ τῶν τῆς λέξεως σχημάτων. τ-
τοίνυν ἐνδείας εἴδη τρία. ἀσύνδετον, ἀπὸ κο-
νοῦ, ἔλλειψις. τοῦ πλεονασμοῦ εἴδη ἕνδεκα· ταυ-
τολογία, δίπλωσις, ἐπαναφορὰ· ἐπανάδοσις, ἐ-
πανάληψις, περίφρασις, ἐπίφρασις, παρο-
νομασία, ἐπεξήγησις, ἐπιμονὴ, ἐπίτασις τῆ-
μεταθέσεως εἴδη τέσσαρα. ὑπερβατὸν, ἀναστρο-
φὴ, περίληψις αἰτίας, περιεπίζευξις. τῆς δ-
ἐναλλαγῆς εἴδη ὀκτώ. ἑτερογγυὲς, ἑτεράριθμον
ἑτερόπτωτον, ἑτεροσχημάτιστον, ἑτερόχρονον

ἑτε-

ponemus numerum, ad Phæbamonis So-
ſtæ, & Minuciani, qui de Arte ſcripſit, cæ-
orumque Rhetorum ſententiam. Incipie-
s autem dicere ſecundum Phæbamonem
efinitione figuræ, tum ſecundũ Tiberium
ura eſt immutatio ratione ſententiæ aut
ionis in melius, facta abſqve tropo. Ti-
ius ita: Figura eſt, quod quidem naturali-
mentem exponit, non tamen recte, ſed
tens ac immutans ſententiam, ficti orna-
alicujus aut utilitatis gratia. Dictionis
o figura & immutatio ejus, quod ſue-
eſt ad ornatum aut commoditatem ex-
ta in verbis. Sed quoniam definitionem
imus age & ſecundum nomina figuras di-
imus. Omnes & ſententiæ & dictionis
ræ qvatuor oriuntur modis, ſive cauſis,
propter indigentiam, vel propter abun-
tiam; vel per tranſpoſitionem, vel per
nutationem. Incipiendum vero à figu-
dictionis. Indigentiæ igitur ſpecies ſunt
, aſyndeton, præciſio, ellipſis. Abun-
tiæ ſpecies undecim, tautologia, diploſis, e-
aphora, apanadoſis, epanalepſis, periphra-
epiphraſis, paranomaſia, epexegeſis, epi-
ne, epitaſis. Tranſpoſitionis ſpecies qua-
r: Hyperbaton, anaſtrophe, prolepſis cau-
proepizeuxis. Immutationis vero ſpe-
octo: Heterogenes, heterarithmon, he-
ptoton, heteroſchematiſton, heterochro-
non,

ἑτεροπρόσωπον, ἀποστροφὴ προσώπου, καὶ ὑ-
ποστροφή. Τῶν τῆς διανοίας σχημάτων ἡ ἀπο-
σιώπησις καὶ ὁ ἐπιτροχασμὸς τῆς ἐνδείας· τοῦ
πλεονασμοῦ δὲ ἕξ εἰσι σχήματα· προδιόρθωσις,
ἐπιδιόρθωσις, προκατάληψις, παράληψις, δι-
ατύπωσις, ἐπιμονή. Δεῖ δὲ σημειώσασθαι ἐπὶ
τούτων τῶν σχημάτων τῶν τῆς διανοίας ὅτι
κατὰ πλεονασμὸν οὐδὲν ἐμπίπτει τοῖς ἀπὸ τῆς
λέξεως, πλὴν τοῦ καλουμένου πλεονασμοῦ ἤτοι
ταυτολογίας· καὶ τῶν κατὰ ἔνδειαν ἓν μόνον εἶ-
δος ἐμπίπτει, ἡ ἔλλειψις. Κατὰ δὲ μετάθε-
σιν πάλιν ἕξ εἰσι τὰ τῆς διανοίας σχήματα·
προσωποποιΐα, ἠθοποιΐα, μικτὸν, ἐρώτησις,
πεῦσις, ἀπόκρισις. Κατὰ ἐναλλαγὴν δὲ σχή-
ματα τῆς διανοίας τέσσαρα: εἰρωνεία, δια-
πόρησις, διασυρμὸς, καὶ ἀποστροφή· τοσαῦτα
μὲν περὶ σχημάτων ῥητορικῶν. Ἐπὶ δὲ τῷ
τὸν οὕτως ῥητορεύειν ἐθέλοντα εἰδέναι χρὴ καὶ
μεθόδῳ δεινότητος, ἤτοι οἰκονομίᾳ ἐπιτηδε-
τῆς τεχνικῆς, καὶ πάντα γράφειν δεόντως κ-
προσφυῶς, ἀλλὰ μὴ παραληρεῖν τι καὶ φλυ-
ρεῖν τοὺς λόγους εἰδὼς ἀκριβῶς διδάσκειν δει-
νότητα, ἀλλ' οὐ καθ' Ἑρμογένην ὑποσχεθέντα
δεῖξαι δεδιωκημένον, μηδαμοῦ περιπατοῦν τὴν ὑ-
πόσχεσιν, προσποιησάμενον νενοσηκέναι τὸν λό-
θαργον. Δεινότητος μέθοδός ἐστι, τὸ εἰδέναι
πᾶσι χρῆσθαι ὅπερ δεῖ, προοιμίοις, διηγήσε-
σιν, ἀγῶσι, καὶ ἐπιλόγοις. ποίας ἰδέας,
ποίῳ εἴδει τοῦ λόγου καὶ ποίαις ἐννοίαις

μετ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

[...]ra, heteroproſopon, apoſtrophe perſonæ, [...]& antiſtrophe. Ex figuris vero ſententiæ a[...]ſiopeſis & epitrochaſmus ſunt indigentiæ: a[...]ndantiæ vero ſex ſunt figuræ: prodior[...]th[...]ſis, epidiorthoſis, procatalepſis, paralepſis, d[...]typoſis, [...]epimone. Indicandum autem e[...] quod harum figurarum, quæ ſunt ſenten[...]ti[...] per abundantiam nulla cadat in eas, quæ ſu[...]t dictionis excepta ea, quæ vocatur pleo[...]a[...]mus, aut tautologia, ex iis quoque, quæ p[...] defectum una tantum cadat ſpecies, nem[...]p[...] ellipſis. Per transpoſitionem vero ite[...]ra ſex ſunt figuræ ſententiæ, proſopopœ[...]ia[...] ethopœia, micton, eroteſis, peuſis, apo[...]c[...]ſis. Per immutationem denique figuræ ſe[...]tentiæ ſunt quatuor, ironia, diaporiſis, d[...]ſyrmus, & apoſtrophe. Ac tantum qui[...]d[...]m de figuris rhetoricis. Poſt qui cupit [...]dere eloquentiam, eum oportet ſcire uti m[...]thodo facultatis & ſtructura artis idonea, omniaqve ſcribere decenter atqve conveni[...]ter, nec nugari, aut oratione uti turpi, ut q[...]i ſciat accurate docere facultatem, nec ſe[...]cundum Hermogenem, doctrinam tantum p[...]ſsit promittere, promiſſa vero nunquam im[...]p[...]re, ſimulando morbum oblivionis. Eſt a[...]tem methodus facultatis, ſcire uti omni[...]bus, ubicunque conveniens eſt, præmiis, nar[...]r[...]ionibus, contentionibus, concluſionibus. Quibus ideis, in quo genere orationis, qui[...]bus

μεθόδοις, λέξεσι, σχήμασι, καὶ ἐν ποίῳ δὲ προσ-
ώπῳ καὶ πράγματι. Δεῖ γὰρ εἰδέναι τὰς ἑ-
κάστων διαφορὰς, καὶ προσφυεῖς τοὺς λόγους ἑ-
άγειν. ταῦτα διδάσκειν εἰδὼς ἀκριβῶς προ-
οίμιον ὅτε, καὶ ὅπου, καὶ ὅπως, καὶ οἷον λέγε-
σθαι δέον, καὶ μέχρις ὅπου δέον πλατύνεσθαι,
καὶ τὸ ἑνὶ, καὶ δυσὶ, καὶ πλείοσι προοιμίοις
χρηστέον, καὶ τὸ μηδαμῶς, καὶ τοῦ χρέων χρῆ-
σθαι προκαταστάσει, καὶ διηγήσει, καὶ τὸ μὴ ὀ-
νον τὸ διασκευάσαι, ἀλλὰ μηδὲ διηγήσασθαι
παραλεῖψαι δὲ καὶ ἀποσιωπῆσαι τελείως παρα-
δραμεῖν κἂν ὁ γεωμέτρης ἐξ ὧν κατὰ τοῦ σαφ-
ῶν γράφει ἐφάνη τοῦτο οὐκ ἐγνωκὼς, καὶ λ-
πὸς ἄλλος χορὸς ῥητόρων διωνύμως. Πρ-
γούτοις, καὶ τὸ δέον ἐστὶν ἀγωνίσασθαι, καὶ ὅπ-
καὶ μέχρι πόσου, καὶ τὸ μηδαμῶς, καὶ τὸ ἐ-
πιλογίσασθαι, καὶ οἵοις σχήμασιν ἐν οἵῳ εἰ-
καὶ μέρει τοῦ λόγου χρῆσθαι χρεὼν, εἰδὼς ἀ-
κριβῶς διὰ τοὺς ψευδορήτορας, νῦν οὐκ ἐρῶ
ἀγοραῖα καθάρματα, τοὺς καλουμένους καὶ βω-
λυρούς, οἱ καὶ τοῦ αἰθέρος αὐτοὺς ὑπερτέρους
ναι νομίζουσι, μειρακυλλίοις ἀμούσως πε-
θρυλλούμενοι· ἀλλ' ἐκ προγυμνασμάτων μ-
χρι καὶ τοῦ περὶ μεθόδου δεινότητος τὴν πᾶσ-
ῥητορικὴν προβιβάσαντες δύναμιν: Φέρε
τούτων τινὸς ὁρισμοὺς ὑμῖν παραδόντες, κ-
τινα ἕτερα, βραχέα πρὸς τούτοις προσεπικ-
πόντες, μεγάλην τὴν λυσιτέλειαν περιέχ-

δεδι

bu ſententiis, methodis, dictionibus, figu-
ris reliquisque, ut & qua in perſona & re.
Scire namque oportet, quæ ſint horum dif-
ferentiæ, convenientesque eis adhibendæ
rationes, docendumque probe accurateque
proœmium quod, & ubi, & quomodo, & qua-
le adhiberi par ſit, & quousque extendi
liceat, item ubi unum, aut duo, aut plura
exordia uſurpanda, & ubi plane non, rur-
ſum ubi utile adhibere conſtitutionem narra-
tionis & narrationem, & ubi non modo
non conſtituere, ſed nec narrare, verum
præteritione ac reticentia ad finem decur-
rere. Sicut & Geometra ex iis quæ de Sar-
dis ſcribit, videtur horum non fuiſſe im-
peritus, ut & alius aliquis ex oratorum cho-
ro ſcholarus. Ad hæc, cui ſit conveniens uti
contentione, & qvomodo, & quouſque &
cui non, & cui epilogo non uti, item qui-
bus figuris, in quo genere ac parte orati-
onis conveniat uſi, tenes hæc accurate pro-
pter oratores falſos (non nunc fori purga-
menta loquor) inſolentes protervosque, qui
etiam cœlo ſe ſuperiores arbitrantur, cum ta-
men eos etiam pueri traducant. Cœterum
quandoquidem a progymnaſmatibus usque
ad facultatis methodum omnem artem Rhe-
toricam propoſuimus, age, etiam ejus aliquas
tradamus definitiones vobis, addentes ſimul
pauca quædam alia, quæ poſſunt magnam af-

δεδυνημένα τοῖς ῥητορεύειν ἐθέλουσι τεχνικῶς τὸν τῶν ῥητορικῶν προεκθέσεων λόγον λοιπὸν καταπαύσωμεν. ἀλλὰ τίνες μὲν ῥητορικοὶ ὁρισμοὶ καὶ καθολικοῦ καὶ ῥητορικοῦ προγυμνάσματος, οἴδατε. Στάσις δέ ἐστιν ἀμφισβήτησις λογικὴ καὶ ἐκ μιᾶς φράσεως χαρακτηριζομένη τῶν ἐν τῷ πολιτικῷ ζητήματι κειμένων, καθ᾽ ἣν ἡ διαίρεσις γίγνεται τῶν κεφαλαίων τῶν εἰς πίστιν κομιζομένων. Εὕρεσις ἐστὶν ἐπίνοια νοημάτων ἁρμοδίων τῷ ὑποκειμένῳ πράγματι. Καὶ ἄλλως νοημάτων καὶ ἐπιχειρημάτων περιέχων εὐπορίαν ἁρμοδίαν τῷ ὑποκειμένῳ πράγματι, ἰδέα ἐστὶ ποιότης λόγου ἁρμόδιος τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις τὲ καὶ πράγμασι κατά τε ἔννοιαν, καὶ λέξιν καὶ τὴν ὅλην τῆς ἁρμονίας διαπλοκήν. Μέθοδος ἐστὶ διοίκησις καὶ ποιὸς σχηματισμὸς ἐξ-ρότως περὶ τὴν ἔννοιαν, καὶ τ᾽ ἄλλα; ἢ τάξις εὔτακτος πρὸς τὸ οἰκεῖον συμφέρον οἰκο-μένη. καὶ ἄλλως. μέθοδος ἐστὶ τρόπος ἐπιστημονικὸς τοῦ πῶς δεῖ τὰ νοήματα ἐξάγειν διὰ ποίων πτώσεων, ἐγκλίσεων, διαθέσεων, σχημάτων, προσώπων, καὶ τῶν ὁμοίων. πόρρωθεν ἄρχεσθαι ἢ ἐγγύθεν· ἐπιεικῶς ἢ παρρησίᾳ καὶ ποῖον πάθος καὶ ἦθος, καὶ καθ᾽ ὅσους τρόπους ἡ φύσις τὴν φωνὴν προΐχεται. Προοίμιον ἐστὶ λόγος παρασκευάζων τὸν ἀκροατὴν εἰς ὑποδοχὴν τῆς ὑποθέσεως, καὶ οἰκείως τὸν ὑποκείμενον λόγον διατιθείς. Διήγησις ἐστὶν ἔκθεσις τῶν ἐν τῇ ὑποθέσει πραγμάτων, ἢ αὐτὸ πρᾶγμα, ἐξ οὗ συνέστηκεν ἡ ὑπόθεσις.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

erre utilitatem illis, qui ſecundum artem ſectari volunt eloquentiam, reliquarum regularum Rhetoricarum traditionem faciemus miſſam. Sed primum quasdam Rhetoricæ in univerſum & Rhetoricæ exercitationis videte definitiones. Status eſt controverſia rationabilis, & ex una locutione formata eorum, quæ ſunt in quæſtione civili, ſecundum quam diviſio capitum inſtituitur, quæ ad fidem faciendam adducuntur. Inventio eſt excogitatio noëmatum aptorum ei ſubjectæ. Item aliter: noematum & epichiematum, ſubjecto negotio congruentium, copiam in ſe compræhendens. Idea eſt qualitas orationis, conveniens perſonis & negotiis ſubjectis, ſecundum ſententiam & dictionem & totum harmoniæ contextum. Methodus eſt adminiſtratio & quædam qvaſi figuratio ſingularis ſententiæ & aliorum. vel, eſt ordo conveniens ad utilitatem certam conſtructus, Item aliter: Methodus eſt ratio artificialis, qua oporteat noemata adducere, per quales caſus, declinationes, diſpoſitiones, figuras, perſonas, & ſimilia. num à remotis exordiri, an ex propinquis per inſinulationem, an aperte; quo animi motu, quibus moribus, & ſecundum quos modos natura vocem exigit. Exordium eſt oratio, præparans auditorem ad probationem cauſæ, & commode orationem ſubjectam diſponens. Narratio eſt expoſitio rerum in cauſa, vel res ipſa; ex qua cauſa conſtat.

Ἀγών ἐστι πίστις καὶ ἀπόδειξις τῶν οἰκείων κε-
φαλαίων. Λύσις δὲ τῶν τοῦ ἀντιδίκου δι' ἐπι-
χειρημάτων καὶ ἐργασιῶν καὶ ἐνθυμημάτων
γιγνομένη. Κεφάλαιόν ἐστι μέρος λόγου ἀ-
πόδειξιν ἔχον τοῦ προκειμένου πράγματος ἐκ
νοημάτων καὶ ἐπιχειρημάτων συγκείμενον.
Ἐπιχείρημά ἐστιν ἐπινόημα, ὃ προκατασκευ-
ζει τὸ προκείμενον ζήτημα, ἢ λόγος ἔξω-
παραλαμβανόμενος πρὸς ἀπόδειξιν τῶν ὑ-
ποκειμένων. Ἐργασία ἐστὶν ἀφωμοίωσις τι-
πράγματος πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπιχείρη-
μα. Ἐνθύμημα ἐστι συνεστραμμένος ῥητο-
ρικὸς συλλογισμὸς ἀτελής. καὶ ἄλλως; τὸ
προηγουμένου ἐπιχειρήματος συμπέρασμ-
Ἐπενθύμημα δέ ἐστιν ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ προ-
βλήματι διπλῆ συγκριτικὴ ἐπίτασις, περι-
ττέραν δριμύτητα χαριζομένη τῷ ἐνθυμήμα-
τι. Ἐπίλογός ἐστι λόγος ἐπὶ προειρημένοις
ταῖς ἀποδείξεσιν, ἀθροισμὸς πραγμάτων κ-
ἤθων καὶ παθῶν περιέχων, ἢ αὔξησις καὶ δυνά-
μις τῶν ἠγωνισμένων. καὶ ἑτέρως δὲ μυρια-
χῶς τὰ προειρημένα πάντα ὁρίζονται. Ἀλ-
ἐκτέον τὰ περιττά. Ταῦτα κατὰ τὴν Ἑρμογ-
νους τεχνολογίαν τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περι-
χουσαν δύναμιν, συνοπτικώτερον ἐξεθέμεθ-
προσθέντες βραχέα τινὰ καὶ τοὺς ὁρισμο-
Φέρε δὴ κατὰ τὸν Θεοδέκτην Φασηλίτην, καὶ τ-
τεχνογράφον Μινουκιανόν, ὃν Ἑρμογένης ὁ σ-
φιστὴς διασύρει, καίπερ τὴν πᾶσαν ῥητορικ-
δύναμιν ἐκ τοῦδε καὶ τοῦ Ἀψίνου σφετερίζ-

μενος

ontentio eſt confirmatio & probatio noſtro-
ım capitum, refutatio vero eorum, quæ ſunt
dverſarii, facta per epicheiremata, tracta-
ones, & enthymemata. Caput eſt pars o-
ıtionis, demonſtrationem continens propo-
ti negotii, ex noematis & epicheirematis
ompoſita. Epicheirema eſt inventum, quod
ræparat propoſitam quæſtionem, vel, ratio
cterius aſſumpta ad probationem eorum cir-
quæ verſamur. Tractatio eſt comparatio
i alicujus ad ſubjectum epicheirema. Enthy-
ema eſt ſyllogiſmus rhetoricus contortus, im-
erfectus. & aliter: allati epicheirematis con-
uſio. Epenthymema vero eſt in uno eodem-
ıe problemate dupliciter conjuncta dilatatio,
m ulteriorem concilians enthymemati. Epi-
gus ſeu concluſio eſt oratio poſt prædictas
emonſtrationes, collectionem rerum, mo-
ım, & affectuum complectens, vel, aug-
ıentum & vis eorum, quibuſcum pugnavi-
ıus. nam & aliter millies prædicta omnia de-
niuntur. Sed omittenda ſunt, quæ ſuper-
cua. Hæc ſecundum Hermogenis artem,
ıæ omnem continet rhetoricam facultatem,
ompendioſe executi ſumus, addentes pauca
ıædam, & definitiones. Num age, & ſecun-
ım Theodecten Phaſelitam, & qui de Art-
ripſit, Minucinem, quem Hermogenes Soc
iſta ridet, quamvis omnem facultatem o-
toriam ex eo & Apſine in uſus ſuos con-

 vertat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

μενος καὶ ὅμως οὐκ ἀκριβώσας εἰς τέλ-
ἀλλὰ προσποιησάμενος νενοσηκέναι τὸν λῆθο-
γον, ὡς ἂν μὴ τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος γε-
φαν, καταφανὴς Ἀψίνης φανείη ὡς ἐν περι-
λήψεως σχήματι πάλιν ἐπιτομώτερον ταῦ-
περιληψόμεθα. Μινουκιανὸς ὃν ἔφη ἐκεῖνος ὁ
τεχνογράφος φύσεως θείας μετεσχηκὸς, κ-
θάπερ περὶ τούτου καὶ Θεοδέκτης, ὀλίγοις πά-
τοῖς ῥήμασι τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περιέλαβε
δύναμιν, εἰπὼν ἔργα ῥήτορος εἶναι εὕρεσιν, τ-
ξιν, οἰκονομίαν, μνημοσύνην, ὑπόκρισιν, ἑρ-
μηνείαν. Δεῖ γὰρ τὸν ῥήτορα τινὸς τῶν τριῶν
εἰδῶν τῆς ῥητορικῆς ὁ προκείμενος λόγος ἐ-
στί. καὶ εἰ ὅλον, ἢ μέρος: στάσεις, εἴτε π-
γυμνάσματα. εἶτα εὑρεῖν τὰ ἑκάστῳ τούτων ἁ-
μόδια ἢ παρεπόμενα: προοίμια, διηγήσεις, κ-
φάλαια ἤτοι ἀγῶνας, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἐπι-
λόγους καὶ τάξιν τούτοις τηρῆσαι, καὶ οἰκονομ-
κῶς καὶ δεόντως καὶ προσφυῶς ταῦτα ἀπα-
νῷ καὶ λόγῳ ἐξαγαγεῖν, οἵοις τοῖς χαρακτῆ-
σι καὶ ποίαις ἰδέαις ἕκαστον τῶν μερῶν καὶ
δῶν, ποίαις ἐννοίαις, μεθόδοις, λέξεσι, καὶ σχή-
μασι, καὶ λοιποῖς. περὶ οὗ δεῖ τοῖς τέσσαρσι τοῦ πρ-
οιμίου μέρεσι χρῆσθαι, καὶ οὐ μὴ πᾶσιν, ἀλλ-
τισί. καὶ ποῦ δὲ τοῦ λόγου τοῖς τέσσαρσι μέρεσ-
καὶ πῶς καὶ μέχρι πόσου δεῖ ταῦτα ἐκφέρε-
καὶ οὐ δὲ τούτων τινὰ παρορᾶν. ὅπη μὲν τὸ πρ-
οίμιον, ἑτέρωσε δὲ τὴν διήγησιν, ἀλλαχοῦ δὲ ἀ-
γῶνας, ἐν ἑτέροις δὲ τὸν ἐπίλογον. Πρὸς τ-

rtet, nec perducat ad finem, ſed ſimul tle
idiſſe in lethargum, ne librum de apta gra-
vate ſcribens manifeſtus Apſines appareat,
uti per figuram quandam præteritionis
huc brevius ea comprehendemus. Minu-
nus, qvem laudat ille, qui de Arte ſcripſit,
curæ divinæ particeps, qvemadmodum &
te ipſum Theodectes paucis omnino verbis
nem facultatem oratoriam complexus eſt,
ens, oratoris officia eſſe inventionem, or-
iem, diſpoſitionem, memoriam, pronun-
tionem, elocutionem. Oportet enim ora-
rem, cujus ex tribus generibus dicendi ſit
opoſita oratio, & an totum vel pars, ſtatus
l progymnaſmata; poſtea quæ unicuique
his convenientia ſunt, invenire, atque con-
ua, ut prooemia, narrationes, capita, & con-
ntiones, & poſt ea concluſiones, & ordinem
his ſervare, idem apte ac decenter hæc o-
nia mente ac oratione proferre. quibus
aracteribus & qualibus ideis quæque parti-
m ac ſpecierum, qualibus ſententiis, me-
odis, dictionibus, figuris, atque cæteris. U-
oportet, quatuor uti prooemii partibus, &
i non omnibus, ſed quibusdam. & ubi o-
nibus quatuor orationis partibus, & quo-
odo, & quouſque oportet iſtas producere,
ubi eorum aliqua omittere. alibi quidem
rooemium, alibi vero narrationem, alibi con-
ntionem, alicubi vero epilogum. Ad hæc

 orato-

τοῖς δὲ τὸν ῥήτορα οὐ χρὴ τὸν λόγον ἀναλα-
βάνειν ἀναμιμνήσκοντα καὶ ὑποκρίνεσθαι τῶν
προκειμένων τὰ ἤθη καὶ πάθη καὶ λόγῳ, καὶ σχή-
ματι, ὡς ὁ δαιμόνιος Ὅμηρος καὶ ἑρμηνεύ-
ειν πάντα καλῶς, ὡς ἀπομιμεῖσθαι τὴν λέξιν
πᾶν ἦθος καὶ πάθος καὶ πρᾶγμα καὶ λεγό-
μενόν τε καὶ ἐκφραζόμενον. Ἑρμηνείας ἢ
φράσεως λόγου τέσσαρες ἀρεταί, ἄνευ λέγω
ἐσχηματισμένων, καὶ αἰνιγματωδῶν λόγων,
καὶ τῶν κατὰ μίμησιν γεγραμμένων ἀσα-
φῶν τινῶν, ἢ μακρηγορῶν ἐν τούτοις γὰρ ἀ-
τη γίγνεται ἡ τοῦ λόγου κακία. Αἱ δὲ τῆς ἑρ-
μηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταί, μᾶλλον δὲ
τοῦ διδασκαλικοῦ καὶ ἱστορικοῦ μεθεστήκασιν αἱ
δὲ σαφήνεια, συντομία, πιθανότης, μεγαλο-
πρέπεια, ὡς Ἰσοκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, Διονυ-
σίῳ, Φιλοστράτῳ, Ἰαμβλίχῳ, καὶ πᾶσι παλαι-
οῖς, καὶ τοῖς σοφωτέροις τῶν νέων δοκεῖ, καὶ τ
Ἑρμογένει ἐν ταῖς ἰδέαις. ὁ τῶν ὀνομάτων γ
ἑλληνισμὸς νεωτερικόν ἐστιν, ὧν ἡ σαφήνεια ἐ
μυριολεξιῶν καὶ σαφηνισμοῦ γίγνεται. Ἔστι δ
τῆς ὡραιότητος καὶ τοῦ κάλλους. ἡ συντομία δ
τῆς μεγαλοφυΐας ἔργον τοῦ ῥήτορος· ἡ πιθα-
νότης δὲ τῆς τέχνης περιέρχεται. τὸ δὲ μεγα-
λοπρεπὲς τῆς πολυμαθίας ἐστί. Καὶ αἱ παρ'
Ἑρμογένει δὲ ἰδέαι ἑπτά, οὐδὲν ἕτερον δηλοῦσιν
ἢ ὅτι δεῖ τὸν ῥητορικὸν λόγον τὰς τέσσαρας ἔ-
χειν ταύτας. Καὶ δεινότητα ἤτοι πρέπουσαν ἑ-
κάστῳ οἰκονομίαν καὶ μεταχείρησιν. Ἡ σαφήνεια
γὰρ καὶ τὸ κάλλος ῥητορικοῦ λόγου κεκαλλω-

πισμέ-

ctorem non oportet orationem proferre
e imitatione, ſed propoſitorum expríme-
mores & affectus, cum oratione, tum fi-
ris, ut divinus Homerus, & exponere cun-
decenter, ut formet oratione omnes mo-
, affectus, res dicendas vel exprimendas.
cutionis aut dictionis in oratione virtutes
t quatuor, exceptis dico figuratis & æni-
aticis orationibus, iiſque, quæ per imita-
nem ſcriptæ ſunt quorundam, obſcure ac
bitioſe ſcribentium: virtus enim in his eſt
um orationis. Elocutionis autem ora-
iæ virtutes qvatuor, præſertim in demon-
tiva & hiſtorica oratione, hæ ſunt: Per-
uitas, brevitas, probabilitas, & gravitas,
madmodum Iſocrati, Empedocli, Diony-
Philoſtrato, Jamblicho, & omnibus an-
is, & recentiorum optimis videtur, ipſiq;
mogeni in Ideis. Nam Græcitas verbo-
n novum quid eſt. Harum perſpicuitas
ur ex iis quæ in uſu ſunt & claritatem ha-
t: Eſt autem ſpectabilitatis & pulchri-
inis; brevitas vero magnanimitatis opus
ratore. Probabilitas venit ab arte, gra-
s à multiplici eruditione. Etiam Hermo-
is Ideæ ſeptem nihil aliud oſtendunt,
m quod rhetoricam orationem has qua-
r habere oporteat: Et vim, atque conveni-
m cuique diſpoſitionem ac tractatio-
. Perſpicuitas enim & pulchritudo o-

 ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

πισμένου δηλοῦσι σαφήνειαν, ἀλλ' οὐκ ἰδιώ-
του καὶ ἀκαλλοῦς. ἡ γοργότης δέ, συντομία οὕ-
τως ἐστί. τὸ ἦθος καὶ ἡ ἀλήθεια τὸν πιθα-
νὸν λόγον ποιοῦσιν. Εἰ γὰρ μὴ προσφυῶς τις ὁ-
μοῖτο τὰ ἤθη, καὶ τῇ ἐμφάσει τοῦ ἀληθινοῦ λό-
γου χρῷτο τοῖς πειστικοῖς, καὶ ταῖς ἐπιεικέ-
σιν ἐννοίαις, καὶ τοῖς διστακτικοῖς σχήμασιν,
ἀλλ' ἐναντίον ταῦτα ἐκφέρει· οὐκ ἂν πιθανὸς
δόξειε ῥήτωρ. Τὸ μέγεθος δέ, ὅτι ταυτὸν τῇ
τῇ μεγαλοπρεπείᾳ, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ἡ δεινότης
δέ, ὥσπερ ἔφημεν, τὸ εἰς τὸ δέον τούτοις πᾶσι
χρῆσθαι. Τέσσαρες οὖν ἀρεταὶ ῥητορικοῦ λόγου,
σαφήνεια, συντομία, πιθανότης, μεγαλοπρέ-
πεια. καὶ ἐπ' αὐταῖς ἡ δεινότης, τῆς τέχνης τὸ
ἀκροκόρυφον. Ὁράτω γοῦν πᾶς ὁ βουλόμενος
τὴν βίβλον τὴν μετρικὴν χρονικήν, πρότερον
μέν, εἰ τὰς τεσσάρας τῆς διηγήσεως ἔχει ῥητορι-
κὰς ἀρετάς, καὶ σὺν αὐταῖς ἔπειτα τὴν δεινότητα
κατὰ ῥήτορα γράφοντα διὰ τῶν ἑρμαϊκῶν ἀ-
τρων, ὧν Ὀρφεὺς λέγει διαδραμόντα· καὶ διὰ
τῶν ἐγκεκριμένων ἐκείνων ἀτραπιτῶν, ἃς Ἰσοκρά-
της, καὶ Λυσίας, καὶ Δημοσθένης, καὶ οἱ ὁμόχρο-
νοι τούτων, καὶ μετ' αὐτοὺς ὀλίγοι τινὲς διέδρα-
μον ῥήτορες, ἀλλὰ μὴ κατὰ τὰ ἀγοραῖα καθ-
ματα τὰ τῷ ἄτλα, καὶ τῷ κάτω ἐναμβρυ-
μενα, καὶ οἷς ἄλλοις ὁ Σύρος ῥήτωρ φησί, καὶ
ταῖς σφῶν ὑποξύλοις συμμορίαις ἐξογκού-
μεθα. Δεῖ δὲ τοὺς ὀρθῶς βουλομένους μὴ
πάντῃ δίκαιον ἐξακριβοῦντας βλάπτεσθαι, ἀλ-
λὰ καὶ τῷ ἐπιεικεῖ προσχρωμένους σώζεσθαι.

rionis exornatæ oſtendunt claritatem, non
atem plebejæ & inornatæ. Celeritas vero
e, brevitas in omnibus. Mores & veritas
obabilem orationem faciunt. Si quis e-
in minus apte mores imitatur, & vi oratio-
i veræ utitur circumſtantiis & ſententiis
onvenientibus, & figuris diverſis, ſed con-
trio hæc effert modo, non videtur fide di-
gus orator. Quod autem magnitudo ea-
em ſit cum gravitate, nemo negat. Vis
ro, quemadmodum diximus, eſt, omnibus
rite uti. Sunt igitur quatuor virtutes
etoricæ orationis, perſpicuitas, brevitas, pro-
bilitas, gravitas. Et ab ipſis vis, quæ in
e principatum obtinet. Videat igitur qui-
et, qui volet, tum librum partitionem con-
nientem, quæ quatuor narrationis com-
ehendit virtutes rhetoricas, & una cum ip-
vim gravitatemque continentem, ſcriptum
Rhetore ex Mercurialibus antris, quæ Or-
eus peragraſſe dicitur, & circujectis ibi
libus præruptis, quas Iſocrates, & Lyſias,
Demoſthenes, earumque coætanei, & una
m ipſis pauci aliqui occupaverunt orato-
. Non autem iſta fori purgamenta, eo-
n ſemper modo vetuſtis illis ornata, neq́,
os, quibus Syrus Rhetor dicit, & ligneis
ſtris converſationibus inflamur. Opor-
t autem probe conſulturos non, exigendo
; omne nocere, ſed afferendo id, quod æ-
quum

Τὰ ἐπιχειρήματα λαμβάνονται ἐκ τῶν
πειραστικῶν. Προσωπικόν. Μεγαλουργοί εἰ-
σιν οἱ Βυζάντιοι, καὶ δέονται καὶ τὸν ἰσθμὸν ὀρύγ
Πρᾶγμα. Ἄλλωστε καὶ ἡ ὄρυξις πολλοῖς ἐν ἑτέ-
ραις παιδείαις καθέστηκεν. Τόπος. Καὶ ταυ
συμφῆς οὔσης τῆς γῆς ταύτης καὶ χαυνώδους ἀλ
οὐχὶ πετρώδους καὶ στεγανώδους. Χρόνος. Ἀ
οὐδὲ χειμὼν ἡμῖν ἐνοχλεῖ συστέλλων τὰς χεῖρας
τῶν ὀρυσσόντων, ἀλλ' ἔαρ ἐστίν. Τρόπος. π
τε ὀργάνοις σιδηρέοις χρησώμεθα πρὸς -
καιρὸν ὑπουργίαν. Αἰτία. Ἵνα μὴ οἱ πολέμιοι
διαβαίνοντες δι' ἐκείνου τοῦ ἰσθμοῦ ληΐζωνται
τὰ ἡμέτερα. Αἱ ἐργάσιοι λαμβάνονται ἐκ -
των. Παράδειγμα. Καὶ γὰρ ὁ Ξέρξης παλαι
ποτε τοιούτου κατετόλμησεν ἔργου, ὅθεν καὶ τὸν -
θω διώρυξεν. Παραβολή. Ὁρᾶτε, ὡς ἑκάστ
καὶ χθόνια ζῶα, καὶ πτηνά ὄρυξιν ἐργάζοντι
καὶ ὁ μὲν ὄρνις κολάπτει δρύας. Ἐναντίον. Μ
δὲ τὴν γῆν ἀναχώννυσι τὸ καινότερον, καὶ μύ-
μηξ. Μεῖζον. Εἴπερ γὰρ καὶ μέγα τοὔργον, ἀλ
οὐκ αἰθέρα τεμνον, οὐδὲ γεωργοῦμεν ἀέρα, ὑπ
ἀνθρωπίνην τυγχάνον δύναμιν. Ἴσον. Ἀλ
ἔμμετρόν ἐστι πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀναλογία
Ἔλαττον. Ἐλάττονές εἰσι Μιλήσιοι, ἀλλ' ὅμ
καὶ αὐτοὶ τετολμήκασι τὸ τοιοῦτον ἔργον, κ
εἰς πέρας ἐξέθεντο. Τὰ ἐνθυμήματα ἐκ τ
ἐξ πειραστικῶν. Πρόσωπον. Καὶ μὲν ὁ Ξέρ
ξης καὶ οἱ Πέρσαι, οὐ μεγαλουργοὶ, οὐδὲ καινουρ
γοὶ, καθάπερ Βυζάντιοι. Πρᾶγμα. Ἔπειτα κ
τὸ ἔργον ἀτελὲς καὶ οὐτιδανὸν ἐν ἀνδράσυ. καθ
στηκε. Αἰτία. Καί τοι γε ἐκεῖνος μὲν ὁ Πέρσ
κενο

...um eſt, utilitatem afferre. Epichiremata ...muntur ex hiſce ſex circumſtantiis: Perſona: ...agna claraq́ opera Byzantini fecerunt, par ...o eſt, ut & Iſthmum perfodiant. Res, ...m & aliis foſſio pars eſt diſciplinæ. Lo-...: Cum præſertim terra ſit fungoſa mollisq́, ... ob ſaxa haud penetrabilis & dura. Tem-...: Sed nec hyems nobis affert moleſtiam, ma-... fodientium contrahens, verum ver eſt. Mo-...: Et utemur inſtrumentis ferreis, ut fa-...us rem expediamus. Cauſa: Idq; ideo, ...hoſtes per Iſthmum hunc irrumpentes noſtra ...piant. Tractationes ſumuntur ex hiſce: E...mplum: Nam etiam Xerxes olim auſus eſt ...redi tale opus, ut qui etiam Athon perfode-... Simile. Videte quomodo & terreſtria a-...nalia & volatilia fodiant. Nam aves ...dem excauant arbores. Contrarium: Mus ...o terram effodit, ut & formica. Majus: ... licet ſit difficile opus, non tamen cœlum ex-...adimus, nec excavamus aerem, quod eſt po-...m ſupra vires humanas. Æquale: Sed con-...iens eſt noſtræ conditioni. Minus: Infirmi-...s ſunt Mileſii, & tamen ipſi quoq; auſi ſunt ...ile opus, & tentare propoſuerunt. Euthy-...mata quoque ex ſex ſumuntur circumſtantiis, P...ſona: Ac Xerxes quidem & Perſæ nun-...m tam magna aut nova ſuſceperunt opera, ...Byzantij. Res. Sed nec opus ipſum tantam ...uirit impenſam, nec tam difficile. Cauſa: ...rro ipſe quidem ſtudio novitatis id adgreſſus eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

κενοδοξίᾳ νικώμενος; ἡμεῖς δὲ ἵνα τὴν ἔφοδον τῶν ἐχθρῶν ἀποκρουσώμεθα. Τρόπος. Ἐκεῖνος, σὺν ὀργάνοις τυχὸν ἰσχυροῖς: ἡμεῖς δὲ πολυχειρείᾳ καὶ σιδηροῖς ὀργάνοις. Χρόνος. Ἄλλως τε καὶ χειμῶνος ἐκεῖνος ὤρυξε, καὶ πεμου τυχὸν ἐπικειμένου; ἡμεῖς δὲ ἔαρ ὄντος. Τόπος. Κἀκεῖνος μὲν ὄρος λιθῶδες: ἡμεῖς δὲ γῆν ψαμμώδη. Τὰ ἐπενθυμήματα ὁμίας κ τῶν ἐξ περιστατικῶν. Πρόσωπον. Ὁ μὲν τῶν μειζόνων αὐτῷ πολέμων καθεστώτων, ὅμως ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιχείρει τὰ φαυλότατα: ἡμεῖς δὲ οὐδενὸς ἢ τοῦ μὴ ζημιωθῆναι, τὰ ἡμέτερα τὸν κόπον ὑποστησάμεθα. Πρᾶγμα. Εἶτα ἐκεῖνος μὲν μεῖζον ἡμῶν ἔργον ἐπιχείρησεν; ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τοὐλάχιστον ὑποίσομεν. Τρόπος. Ἐκεῖνος τε φιλάργυρον γνώμην ἔχων αὐτίκα διεμδίζετο; ἡμεῖς δὲ ἔχοντες ἐλευθερίαν ταχέως τελέσωμεν. Τόπος. Ἄλλως τε κἀκεῖνος μὲν ἐν ἀποδημίᾳ καὶ ἀπουσίᾳ τῶν ἀναγκαίων τυγχάνει; ἡμεῖς δὲ ἐνδημοῦντες οἴκοι. Χρόνος. Κἀκεῖνος μ ὑπὸ χειμῶνος ἐμποδιζόμενος οὐκ ἤνυσε τὸ ἔργον ῥᾳδίως: ἡμεῖς δὲ ἔαρος ὄντος ἀνύσομεν. Αἰτία. Καί τοι γε οὗτος μὲν ἵνα τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιθήσῃ χάρακα; ἡμεῖς δὲ, ἵνα τὰ ἡμέτερα φυλάξωμεν.

Τέλος.

JOHAN

…e, *nos autem, ut viam hoſti intercludamus.* Mo-
…s: *Deinde ipſe inſtrumentis parum validis, nos*
… *adminiculis multis, & inſtrumentis ferreis.*
…mpus: *Porro ipſe fodit tempore hyberno, cir-*
…cnſtrepente bello, nos autem existente vere.*
…cus: *Ipſe fodit montem ſaxoſum, nos vero*
…rram ſabuloſam.* Epenthymema pariter ex ſex
…cumſtantiis: Perſona. *Et ipſe quidem cum*
…ignis occupatus eſſet bellis, ſimul ex immodico*
…bendi ſtudio ſuſcepit opera parum utilia. Nos*
…llius alterius rei cauſſa, quam ne damnum af-*
…ratur rebus noſtris, laborem hunc ſuſcipiemus.*
…s: *Deinde majus ille quidem adgreſſus eſt opus,*
…r nos ne minimum audebimus?* Modus: *Iam*
…n ille pecuniæ fuerit ſtudioſus, celeriter id o-*
…ſit, nos vero cum ſimus liberales, prompte per-*
…cemus ad finem.* Locus: *Ipſe conſtitutus*
…ge a rebus omnibus neceſſariis, nos vero quaſi*
…mi noſtræ.* Tempus: *Ipſe obſtante hyeme*
…us perducere non potuit ad ſuum finem, nos*
…ro cum incipiamus exiſtente vere, facile ab-*
…ſolvemus.* Cauſa: *Cum ipſe faceret &*
aliis imponeret frena, nos vero,
ut noſtra tueamur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

JOANNIS SCHEFFERI
Argentoratenſis

NOTÆ

I Synopſin Rhetoricam Anonymi, qui Matt. Camariota putatur.

A Δείλου) Hoeſchelius, qui primus hunc auctorem edidit in lucem, *Matthæum Camariotam* nominat in titulo. Sed hoc rte fecit ſecutus Maximum Margunium, Eſcopum Cytherorum, a quo noſtrum hunc cepit. Atqui ne ipſe quidem eſſe, ſed videri i eſſe Matthæum illum dicit opuſculi hujus ctorem, οἶμαι, inquit, Ματθαίου τοῦ Καμαιώτου τὸ σύγγραμα εἶναι, in epiſtola, cum ua Hoeſchelio hunc mittit. Interim Camaotam epitomen Hermogenis ſcripſiſſe meorat Geſnerus, exemplumq́ue ejus extare ait bibliotheca Memmiana. Sed illum puto ſe aliam ab hac noſtra, cum quia noſter non lum ſequitur Hermogenem, ſed & alios, ut iberium & Phœbamonem in figuris, imo acubi Hermogenem reprehendit; tum quia in Bibliothecæ Oxonienſis Manuſcriptis eſt pitome Hermogenis per Matthæum Camaiotam facta, ſed longe alio initio, iſto neme: ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνική, &c. Ni-

ſi forte legitimo initio deſtitutum fuit exe-
plum illud, quo uſus Hœſchelius, ſuppl-
dumque ſit ex illo bibliothecæ Oxonienſis le
quo videbunt amplius, qui copiam illius p-
terunt habere. Quod ſi auctor libelli hujus f-
ſet Matthæus ille, non obſcura ætas ejus i-
ret, cum is vixerit captæ Conſtantinop-is
temporibus, quod colligitur ex epiſtola e-s
de illa occupatione, quam Grætzerus in n-s
ad Cantacuzenum laudat.

Ῥητορικοῦ) Ad diſtinctionem dialecticæ -
rationis. Caſſiod. in Comp. Rhet. *Duo ſi-
orationis genera: alterum enim perpetuum e-,
quæ Rhetorica dicitur, alterum conciſum, q-
Dialectica.*

Τρία εἴδη) Ita Ariſtot. lib. 1. Rhet. c. 3. -
lii ὑποθήσεις vocant; Latinis fere *genera ca-
ſarum* nuncupantur. Cæterum hæc, du-
tantum facere Hermogenes videtur, quand-
ait lib. 1. de Invent. ἐν προβλήμασι γὰρ
κρίνομεν, ἢ βουλευόμεθα *In quæſtionibus c-
vilibus aut judicamus aut deliberamus.* Ter-
tium genus, quod in laudatione verſatur
omittit. Nec alias illius apud eum mentio oc-
currit. Quæ res iterum efficit, ut non Epi-
tomen Hermogenis hanc eſſe putem.

Πανηγυρικὸν) quod ἐγκωμιαστικὸν, au-
ἐπιδεικτικὸν eſt aliis. Videtur autem rectiu-
ſic appellari, quotiens δικανικῷ & συμβουλευ-
τικῷ opponitur. Nam ut iſta ſic dicuntur al-

iis

ii ubi ſolent proponi, ita hoc quoque debet.
aque ita ſicut δικανικὸν eſt, quia habetur a-
pd τὺς δικαςὰς, & συμβυλευτικὸν, quia
ad τὴν βυλὴν, ſic πανηγυρικὸν ſit, quoniam
hbetur ἐν πανηγύρει. Contra rectius ἐγκω-
μιαςικὸν, quotiens κατηγορικῷ opponitur &
αποτρεπτικῷ: quoniam ſicut horum eſt adhor-
ti vel accuſare, ita illius eſſet laudare, atque
ao propoſiti reſpectu ſic omnia ſimiliter di-
centur.

Τὸ δίκαιον) Ariſtoteles addit etiam contra-
r, & juredicialis finem facit δίκαιον καὶ ἄ-
δ ον, demonſtrativi καλὸν ἢ αἰσχρὸν, delibe-
ti συμφέρον ἢ βλαβερὸν. Nempe quia
godque genus duas quaſdam quaſi habet
ſcies, & ex iis quæque ſuum finem. At no-
tr tres tantum illas commemorat, vel quod
e illis fines etiam intelligantur contrarii, vel
qod hi tres ſint præcipui, magisque ſpecten-
tr. Nam & qui vituperat, id facit ideo, ut
oiſſis turpibus ſequamur honeſta, & qui ac-
cuſat, ideo id facit, ut omiſſis injuſtis ſequamur
qua & juſta, & qui diſſuadet, propterea id fa-
c ut omiſſis inutilibus ſequamur utilia & ſa-
taria. Ut ſic præcipui ac quaſi ultimi fines
em oppoſitorum generum ſint illi, qui à no-
tb commemorantur.

Πρὶν ὁ Ταρσεὺς Ἑρμογένης) Ergo prius
Hrmogenes Progymnaſmata Rhetorica pro-
puit, ſecundum hunc auctorem. Svidas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

cum cætera Hermogenis commemorat, de
his mentionẽ facit nullam. Nec credo apud a-
lios de hac re proditum eſſe. Quid ſcripſiſſe eū
tamen progymnaſmata certum eſt, conſt qu
vel ex Priſciani progymnaſmatibus, quæ ex
Hermogene deſumpta eſſe, ipſo titulo eorum
indicatur. Scio vitioſum nomen Hermoge-
nis viſum aliquibus eo loco, putatumque Aph-
thonii ſcribi oportere. Sed repugnant libri
omnes: repugnat ratio tractationis; repu-
gnat ipſe exercitiorum numerus, qui in Priſci-
ano ex mente Hermogenis, ut mox noſter o-
ſtatur, eſt duodenarius; in Aphthonii vero ma-
jor, ut in quo hodieque quatuordecim exer-
citia leguntur. Porro præter Priſcianum
progymnaſmata Hermogenem ſcripſiſſe do-
cet catalogus Bibliothecæ Regiæ apud Gallos
a Cl. Viro, Chriſtiano Ravio mihi communi-
catus, in quo inter alia leguntur, eorumque
aliquod compendium Matthæus ille, de quo
ante actum, feciſſe commemoratur. Extat
enim Matthæi Camariotæ epitome Rheto-
cæ Hermogenianæ, ejusdemque epitome pro-
gymnaſmatum, ut ſic dubium nullum reli-
quatur. Interim quæ noſter tradit, non ac-
cipienda eo modo, tanquam ante Hermoge-
nem nulla in uſu fuerint progymnaſmata (hoc
enim falſum eſſe vel unicus argueret Sveto-
us) ſed quoniam ipſe primus juſto certoque
propoſuit numero, primus aptis comprehend
regulis ac præceptis.]

Εις ὕστερον δὲ ταῦτα) Ergo & Aphthonius
ſipſit ad imitationem Hermogenis. Suidas
pulo aliter. Αφθόνιος σοφιστὴς ἔγραψε εἰς
Ερμογένους τέχνην προγυμνάσματα. Puto
id velle, quod Hermogenes artem nudam
diderit, Aph:honius ad eam aliqua elab ora-
vrit exempla. Sane & in Priſciano, quem
utum eſſe ac fortaſsis fide bona tranſtuliſ-
Hermogenem diximus in præcedentibus,
lla legimus exempla, integra puto & ela-
rata. Sed de hac re viderint, qui copiam
rorum antiquorum, interq; eos epitomen,
am antea laudavi, habent.

Μιὰ διδασκαλία) Priſcianus expreſſe:
*iendum autem, quod & laus & vituperatio
b uno eodemq; genere referantur demonſtrati-
, quod ex iisdem locis utraque proficiſcuntur.*
ſtendit igitur hic locus clare, ſicut ſupra in-
uebam, non alia eſſe Priſciani & Hermogenis
rogymnaſmata.

Αἱ ἰδικαὶ στάσεις, αἱ δέκα καὶ τρεῖς) Non
uto alios per ἰδικὰς στάσεις, quam eos in-
lligere ſtatus, qui tribus (tot enim Hermo-
enes & plerique veterum faciunt) vulgari-
us ſubjiciuntur, conjecturali puta, definiti-
o, & qualitatis, & propriè ſub tertio, quali-
atis nempe, locum habent; ille enim ſolus, ut
Hermogenes loquitur γενικὸς eſt. Porro hos
on eodem omnes numero commemorant,
lii plures, alii pauciores habent. Noſter fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

cit tredecim, numero amplisſimo, qui hæc a-bere nomina videntur: Negotialis, Ratio-lis abſolutus, Comparativus, Remotionis, -lationis, Purgationis, Deprecationis, Scri-, Ratiocinationis, Contrariarũ legum, Am-gui, definitionis legalis, Translationis.

Ἀι μεϱικοὶ) Nam & hi ſtatus partes ſ- habent, quomodo abſolutus dividitur in ſi-plicem & duplicem, & hic iterum in du-cem conjunctione aut diviſione. v. Voſſ. l. Inſt. Quanquam forte rectius per τὰς μεϱ-κὰς intelligamus τὰ μέϱη τῶν ςάσεων, ut He-mogenes appellat, ſeu κεφάλαια, id eſt l-cos, quibus ex Hermogenis doctrina utim- in ſtatuum tractatione. Numero ſunt qui-decim, Propoſitio, perſona, cauſa, probabi-, voluntas, facultas, conjunctorum frequent-tio, qualitas communis, quantitas, locus com-munis, ſententia, fines quatuor cauſarum, e-venta, conſequentia, teſtimonia. Habent - hæc κεφάλαια partes ſuas, atque aliter & ali-ter, majore minoreve numero pro diverſita-te ſtatuum adhibentur, ut prolixe docet Her-mogenes in Partitionibus.

Παϱεπόμενα) Patet ex ſequentibus, qui- per hoc vocabulum intelligat, nempe quo- in progymnaſmate, ſed ut noſter notat, abu- ſive κεφάλαιον vocatur.

Κεφάλαια) Sic appellant Rhetores, in quibus vis contentionis conſiſtit, quæſtiones

inci-

identes, quibus ſtatus firmatur. Latini eti-
a *controverſias* appellant. Caſsiodoro *fir-
menta* eſſe puto. Neque aliud quid ſunt,
am loci, unde Oratores ſua deſumunt ἐπι-
χειρήματα & ἐνθυμήματα. Hæc, quæ κατ'
ἐξοχὴν apud Græcos κεφάλαια vocantur.

Καταχρηστικῶς) In progymnaſmatis, o-
pior. Opponit enim τοῖς τελείοις λόγοις, per
os nil aliud intelligit, quam perfectas pu-
caſque & ſerias orationes. Nimirum in il-
non eſt ſtatus proprie, ergo nec κεφάλαι-
proprie, quod ſubſidio veniat ſtatui, ſed
tius locus, unde argumentum procedit.
que hoc opinor voluiſſe.

ἢ οὐδὲν τῶν παρεπομένων) Eo puta modo,
o in progymnaſmatis proponi ac tractari
ent. Nimirum iſta ſeries locorum, ſicut
ditur à Sophiſtis, ſupervacua fore, ac nuga-
ria eſt in juſtis orationibus, quia parum ac-
ommodata cauſsæ aut propoſito negotio.
ec ideo rejicienda, quando ne Sophiſtæ qui-
m eo fine proponunt, tanquam iſto ſem-
r modo adhiberi debeat, ſed ut conſtet, un-
ſi in quid ejuſmodi quis incidit, laudem
ta, confirmationem, deſcriptionem, mate-
um ſcribendi poſsit deſumere. Aut hoc no-
r innuit, aut locum non intelligo. certe
omodo illud οὐδὲν aliter defendi poſsit, non
deo.

καὶ αἱ στάσεις) progymnaſmatibus op-

ponit, unde juſtas per hoc nomen intelligere orationes manifeſtum eſt. Nimirum ſicut ante dixi, ſtatus tantum ſunt in juſtis orationibus. Porro notandum, quod de ſtatibus oſtendit, non ad juredicíale ſolum genus, ſed & reliqua pertinere. ὑφ' ἃ enim ait, quod ad omnia tria genera refertur. Contra ſentiunt non pauci alii, ſed noſter rectius. Vide Voſſ. Inſt. Orat. lib. 1. c. 6, §. 7.

οἱ ὢδή τιν☉) vitioſa lectio: puto ſcribendum ὅ ὢ δή τινος.

τῶν ςάσεων) Iterum hic juſtæ intelligendæ ſunt orationes.

ἐκ τεσσάρων) Ita Cicero ab initio Partitionum, Quintilianus in præfat. lib. IV. & alii. Fortunatianus lib. II. *Partes orationis quatuor, principium, narratio, argumentatio, peroratio.* Sulpitius Victor: *Partes orationis ſunt quatuor, exordium, narratio, argumentatio, peroratio vel concluſio.* Omnes propoſitionem omittunt, velut non eſſet neceſſaria, quam tamen Ariſteles una cum fide ſolam ἁπλῶς neceſſariam vult eſſe. Sed nimirum omnes, ut opinor, eam ſub argumentatione complectuntur, velut ejus aliquod initium. Vide Fabium l. IV. c. 43. Cœterum id quoque obſervandum, quod quando quatuor orationis noſter facit partes, in eo recedere videatur iterum ab Hermogene. Ejus enim ſententia oratio ex pluribus, ſex videlicet componitur aut ſeptem, quarum nomina hæc ſunt: προοίμ-

, προκατάστασις, vel προδιήγησις, διήγησις, προκατασκευὴ, κατασκευὴ, λύσις, ἐπίλογος. ...onſulat, qui volet, Sturmium ad II. Herm. ...Inventione. Niſi putamus generaliſsimas ...ntum partes reliquis omiſsis tradere volu-...e.

Ἀντιθέσεις καὶ λύσεις) Nempe quia hæ ...rtes ſunt ἀγώνων ſive contentionum.

Πανηγυρικὸν) Non illud intelligit, quod ...ntum valet in tertio cauſarum genere, a ...eliberativo & juredicialі diverſo, ſed quod in ...nnibus, moxq; τέλειον vocatur; hoc eſt, per-...ctum omnibusque numeris abſolutum, quo ...concione totius civitatis ſplendidiſsimove ...rdine uti valemus. Opponit autem hoc πο-...ιτικῷ προοιμίῳ, quod in illo quidem ſola ...fficiat perſpicuitas, in hoc requiratur inſu-...er & dignitas, & amplitudo, & ornatus, illud ...privatis cauſis, hoc in publicis graviſsi-...iisque adhibeatur, vide pluribus Sturm. ad ...erm. lib. I.

ἐκ τεσσάρων) Hoc totum eſt ex Hermo-...ene, quem vide lib. I. cap. ult. Adde Voſsium ...b. III. Inſt. Orat. cap. 2. §. 5.

ἐκ προτάσεως) ejus nimirum rei, unde ex-...rdium deſumitur, ὑπολήψεως puta, ſeu ſu-...icionis alicujus, ὑποδιαιρέσεως ſeu ſubdivi-...onis, & deinceps.

Κατασκευῆς) cui fere juncta eſſe ſolet λύ-...ις, id eſt refutatio eorum, quæ ab adverſario

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

dicuntur, aut videntur dici poſſe, item ἐργασία αἰτίων, cauſarum argumentorumque per i-tiones varias confirmatio & amplificatio il-luſtrior.

ἀξιώσεως ἢ ἀποδόσεως) Diverſa fa-Hermogenes pro iisdem accipere videtur: it enim conſtare prooemium cum ex aliis, tum ἐξ ἀποδόσεως, ἥτις ἐστιν ἀξίωσις, *ex aſſumptio-quæ eſt oratoris petitio*. Puto tamen id tantu velle Hermogenem, quod in ἀποδόσει præ-pue ἀξίωσις tractetur, hoc eſt petitio aliqu attentionis, gratiæ, ac hujusmodi. Noſtru vero per ἀπόδοσιν, τὸ προσῆκον, ut appella-indicare, quod fit, quando ſui judicem orat admonet officii.

ἐξ ὑπολήψεως) quam conjunctam ſi habet perſona vel res, qua de agitur: bonai bona; malam, mala. & quæ fere gaudiu gratiam, invidiam, iram, vel alium aliquem a-fectum gignit in eo, apud quem agitur, vel i-lo, qui agit, unde poſtea exordium formatu v. Hermog lib. I. Part. cap. 1. Fabio eſt exo-dium *per occupationem*, Græcis aliis προοίμιο κατὰ τὴν πρόληψιν. Exemplum ejus eſt in or-tione Tullii pro Milone, Cluentio, Roſcio aliis.

ἐξ ὑποδιαιρέσεως) eum quod alias unu eſſet ac ſimplex, ingenio oratoris dividitur plura, & de omnibus dicendum eſſe, conti quam primo intuitu videbatur, oſtenditur.

ἐξ

ἐξ περιουσίας) quando in accuſatione di-
[illegible]itur: poteram de majori crimine agere, ſed
[illegible]oc ero contentus. In defenſione: putabam
[illegible]ræmium mihi fore paratum, nunc me accu-
[illegible]ri video.

Ἀπὸ καιροῦ) quando ab inſigni eventu vel
[illegible] re, vel in eis, apud quos loquimur, oſtendi-
[illegible]ır, comprobari id, quod petimus, adeoque
[illegible]s eſſe, ut de eo agamus, petitionemque ob-
[illegible]neamus. De his omnibus generibus cum cu-
[illegible] agit Hermogenes in Partitio. toto libro pri-
[illegible]o.

Τὰ πρόσωπα καὶ τὰ πράγματα) quorum
[illegible]empe reſpectu inſtituendum eſt exordium,
[illegible] præcipue, quod eſt ἐξ ὑπολήψεως, quan-
[illegible]uam non in exordiis ſolum, ſed reliquis ora-
[illegible]onum partibus neceſſaria ſit horum obſer-
[illegible]atio. Vulgo de cauſarum ſive rerum divi-
[illegible]one tantum agunt, omiſſa diviſione perſo-
[illegible]arum, verum perperam. Vide Voſs. Inſt. O-
[illegible]t. III. cap. 2. § 2.

Ἔνδοξα, ἄδοξα) Fabius l. 14 c. 1. reddit
[illegible]neſta, humilia, dubia vel ancipitia, admirabilia,
[illegible]bi & naturam cujusque explicat ac ratio-
[illegible]em. Eodem modo vocat Curius Fortunatia-
[illegible]us lib. II. & Sulpitius Victor in Inſt. Orat. Au
[illegible]uſtinus ita de hac re: *Themata, id eſt figuræ*
[illegible]ntroverſiarum quatuor, ἔνδοξον, *quod nos opi-*
[illegible]onis bonæ ex utroq; bono poſſumus dicere, ἀμ-
[illegible]φίδοξον, *quod nos opinionis ex utroq; bono &*

malo

malo confuſæ poſſumus dicere, παράδοξον, *q*d*
nos opinionis malæ poſſumus dicere. Quarta
facies controverſiæ, quæ Græce ἄδοξον *dici*r,*
quam nos non ut vulgo, malæ opinionis, ſed il-
*lius opinionis, id eſt humilem & ſordidam p*o*-*
ſumus dicere. Ita Auguſtinus verba iſta r*e*-
dit, ſimulque in totis cauſis ac controve*rſ*is
oſtendit obſervari, indeque illas ſua habe*re*
nomina.

Τρεῖς δὲ τρόποι) Ipſa ſunt Hermogenis
verba ex lib. II. de Invent. ubi de narratione
loquitur.

ἀπλῆς) cum res aut factum enarra*tu*r
absque expoſitione cauſarum, aut deſcriptio-
ne, qua velut ob oculos res ponitur. His e-
nim duabus rebus maxime narratio ampli-
catur.

ἐγκατάσκευος) quando & modus in*di*-
catur facti, & illius exponuntur cauſæ. I*g*i-
tur & ab aliquibus *confirmata* narratio app*el*-
lari ſolet

ἐνδιάσκευος) quando per ὑποτυπώσ*ιν*
res velut oculis ſubjicitur, omnesque ejus *a*-
feruntur circumſtantiæ: ubi, quando, qua o*c*-
caſione, apud quos, &c. quid geſtum.

οὓς καὶ χαρακτῆρας) Ita mox: τρεῖς δ*ι*-
ηγήσεων τρόποι, οἱ καὶ χαρακτῆρες καλούμε-
νοι. Quod ſi concedimus, non penitus ign*o*-
ſerit doctrinam de tribus Characteribus He*r*-
mogenes, ut putant, ſed hic quidem prop-
ſuei,

ſerit, alio quodam fine, ac mox inde Idæis
ſectiones eorum accuratius tractaverit. A-
dixi fine, quia in eo quidem loco tantum
onſtrabat Hermogenes, quomodo inter ali-
etiam hac ratione, id eſt per triplices hos
ationis τρόπȣς ſive modos narratio augeri
que dilatari poſsit.

Τινὲς) Oſtendit, non omnium, ac ne mul-
rum quidem hanc fuiſſe ſententiam, quod
it eadem οἱ τρεῖς τρόποι διηγήσεων, velut
riſtoteles appellat εἴδη, ut Latini, *formæ nar-
tionum*, & οἱ τρεῖς χαρακτῆρες λόγȣ. Et
ofecto deſtinctis de eis fere locis agunt: de
s in Elocutione, de iſtis in Diſpoſitione. In-
rim ſi rem bene examinamus, parum diffe-
unt, aut nihil, quando triplices iſtæ narra-
ones absque triplici illo charactere eſſe
equeunt. Nam ad narrationem ἁπλȣ̃ν ſuf-
cit character ſimplex, ad ἐνδιάσκευον requiri-
r mediocris, ad ἐγκατάσκευον magnificus &
ravis; ipſaque fere illa ratione character
uisque, qua iſtiusmodi narratio formatur.
dde ſubſequentia.

τῷ πανηγυρικῷ) Omnia hæc aliunde no-
er habet, quam ex Hermogene. Is enim de
s talibus nil diſſerit. Vid. interim, quæ ha-
et Voſs. l.VI. Inſt. c.7. §. 29.

ὁμολογȣμένων) Notabilis definitio demon
rativi generis, in qua id potiſsimum notan-
um, quod non quævis bona aut mala dicat
noſter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

noſter ſibi ſumere laudanda vel vituperan ſed τὰ ὁμολογούμενα, hoc eſt ea, quæ ab omnibus ſic reputantur, qualia ſunt e.g. dei, victores in ludis Olympicis, qui fortiter p patria occubuerunt in pugna Marathonia, ejusmodi. Hi enim ab omnibus, apud qu iſtius modi orationes habebantur, boni hab ti, ac proinde laude digni æſtimati. Atque h ſufficere arbitror ad conſenſum illum de b nis aut malis, ut materiam dent generi d monſtrativo. Non omnium ſimpliciter e neceſſarius, ſed eorum omnium, apud quos c ramus. Ex quo tamen ſequitur, laudation rerum reconditarum, item earum, quæ a mu tis vituperantur, locum proprie in hoc gene re non invenire. Ac profecto πανηγυρικοὺ de iis habitos apud veteres eſſe non exiſtimo niſi poſtquam eloquentia alicubi ex public in ſcholas umbramque, & paucorum auditoria compulſa eſt.

Τὸν πολιτικὸν καὶ δικανικὸν) Pro eoden genere orationis ponit. Et ſic Hermogene ſæpe πολιτικὸν γένος, genus orationis politicum, accipit pro forenſi, quod in accuſando aut defendendo occupatur.

καὶ λόγοις τὴν ἱστορίαν) Locus notabilis de Hiſtorico dicendi genere ſeu charactere, non quod quæ de eo Rhetores proponunt, exhauriat totum, quod in Hiſtorico genere eſt obſervandum, ſed, quod habeat multa huc pertinen-

entia. Vide quæ de hac re dixi in opuſcu-
lo de Stylo.

Ὅμηρος δὲ) Notabilis & hic locus de autore orationis allegoricæ. Puto autem illud genus intelligi, quo ſecreta naturæ præceptaque morum traduntur ſub fabulis. Hujus auctor extitit non ſimpliciter, ſed apud Græcos Homerus, atque ita poſt oratoribus occaſionem præbuit excolendi illud etiam in civilibus argumentis.

Τέταρτον) Ergo ex noſtri quidem ſententia quatuor ſunt dicendi genera, non tria, quartumque (quod à nemine ante traditum exiſtimo) allegoricum. Et profectò frequens generis hujus fuit uſus apud veteres, non poëtas modo, verum etiam Philoſophos, ut ex univerſa Democriti, Pythagoræ, Socratis, & aliorum Philoſophia conſtat. Codex ſacer hoc alio genere gaudet magis, ipſiusq; Chriſti doctrina in pleriſque fuit tradita per allegorias. Sed ut verum fatear, non video, quomodo hoc ſit peculiare genus, à reliquis diſtinctum cum allegoria orationis ſit figura, quæ ſi per ſe deſtinctum efficere genus poteſt, neſcio, cur non idem poſſit alia figura. Itaque affectionem potius exiſtimo generis magnifici ac gravis, & ſub eo comprehendendum eſſe, quo etiam pertinet, quod hoc genere ſtatuit uti nos poſſe, quotiens quid attollendum eſt in ſublimitatem magnitudinemque: item,

item, quod in ſequentibus ubique fere trin
tantum generum mentionem facit. Poo
undecunque hoc de genere Allegoricæ hal-
at, non ſane habet ex Hermogene, qui il.s
nullam plane fecit mentionem.

Τὴν σύστασιν ἔχουσιν) Hoc iterum eſt H-
mogenis ex lib. III. Invent. cap. 2 & 7.

κεφαλαίων) dixi de his ſupra non nil,
& definiet noſter in ſequentibus, ubi plura h
pertinentia trademus.

δεῖ θετικῶς εἰσάγειν) Reddidi *ſimplicir*
adducere, quia ſic Hermogenes locutus e.
Verba ſunt in dicti libri c. 4. ἐὰν μὲν οὖν -
μεῖς, εἰσάγωμεν κεφάλαιον, ἁπλῆς δεήσε
τῆς θέσεως· καὶ τῆς εἰς τοῦτο κατασκευῆς εὑ-
ρήσομεν ἀπὸ τῶν ἐπιχειρημάτων μετὰ προθέ-
σεως. Porro ſimplex intelligendum eſt h
loco in reſpectu ejus, quod ſequitur de ca-
te adverſarii. Illud enim tractandum προτά-
σει, ὑποφορᾷ, & cœteris, quæ hic non ſu
neceſſaria. Vide ipſum Hermogenem.

Καὶ τοῖς λοιποῖς) paulo ante memora-
cum ageret de oppoſitione ac ſolutione,
ex quibus componantur, oſtenderet.

ἐξ ὧν γίγνεται) Non quidem ſimplici
ac neceſſario, ſed ſæpe tamen, & quoti
cauſſæ conditio permittit, quam ſemper
tendere orator debet. Quare ipſe etiam H-
mogenes non μέρους, verum κόσμον κεφ-
λαίων appellavit.

ὅκ τῶν περιστατικῶν) Hermagoras, ut ob-
ſerat Caſsiodorus, appellat περιστάσεις. Tul-
lius vertit *attributa*. Nos *circumſtantias* ex Fa-
bio reddimus. Alii *elementa* vocant, ut præ-
dictus Caſsiodorus teſtatur. Et profectò Theo-
do ſunt στοιχεῖα τοῦ πράγματος apud Au-
guſtinum. Sunt autem numero fere ſex: Per-
ſona, Res, Locus, Tempus, Modus, Cauſa,
quæ quomodo epicheirema conſtituant, ex-
emplo exponitur in fine hujus opuſculi à no-
ſtro autore.

ἡ ἐργασία) puta, ἐπιχειρημάτων: ita e-
nim plene Hermogenes appellat. lib. III. cap.
6. ubi de hac re prolixe loquitur. Alii, interque
hos Curius Fortunatianus lib. II. ἐξεργασίαν,
ſive *elocutionem* vocant; à quibusdam
quoque expolitio nuncupatur. De re ipſa
quoque Fortunat. d. l.

τὸ ἐνθύμημα σύγκρισις) quia fit κατὰ σύγ-
κρισιν, hoc eſt, comparationem vel adverſan-
tium, vel relativorum, vel privantium, & ha-
bentium, vel affirmationis & negationis, aut a-
liter à ſe diſsidentium diſcrepantiumque. Vi-
de Hermog. lib. III. Invent. c. 7, & ad eum no-
tas Sturmii. Enthymema porro Ciceroni, tale
quidem, quale hoc in loco noſter intelligit,
concluſũ ex contrariis, Fabio *probatio ex pu-
gnantibus*. Nam alias laxius accipitur, ita ut
argumentum omne ſignificet, quod Curius
Fortunatianus lib. II. *ratiocinationem* vocat, &

in quinque genera partitur, ἐλεγκτικὸν, γνωμικὸν, δεικτικὸν, παραδειγματικὸν, συλλογιστικὸν. adde ejusdem lib. III.

Τοῦ ἐπιχειρήματος καὶ τῆς ἐργασίας) [..]trumque enim enthymemate firmatur. [..]γασία primum ac proxime, ἐπιχείρημα [..] conſequens. Nam ut ἐργασία firmat ἐπιχείρημα, ſic ἐνθύμημα ἐργασίαν. Hermogen: ὥσπερ ἡ ἐργασία κατασκευάζει τὸ ἐπιχείρημα, οὕτω καὶ τὸ ἐνθύμημα κατασκευάζει [..] ἐργασίαν.

δεύτερον ἐνθύμημα) quoniam majo[..] confirmationis vel expolitionis gratia ſubjungitur primo ἐνθυμήματι ſeu probatio, & ejusdem concluſioni, fitque quaſi conti[..]ata concluſio. de quo, & generibus ejusde[..] multa habet Sturmius ad Hermog. lib. III. [..] Inv. c. 7.

Πλαστὸν) ſupple, τοῦ ἐπιχειρήματος: [..] enim vocat Hermogenes, qui de eo agit di[..] libro cap. 16. toto. Nempe quoniam præ[..]puum poſt elaborationem ἐπιχειρήματος [..] habet locum. ut, epicherema eſt. *Non oport[..] hoſti aliquid poſtulanti obtemperare.* ſequitur ἐργασία ſive expolitio per exemplum: *neque eni[..] majores noſtri obtemperarunt Xerxi terram e[..] aquam poſtulanti.* nunc ſubjungitur πλασ[..] ſeu fictio: *quod ſi quis tunc ſuaſiſſet obtempera[..]dum Xerxi eſſe, nonne eum omnes obruiſſent la[..]pidibus?*

Περ[..]

Πρότασις) De his, & ſequentibus ſupra fecit mentionem, ubi de partibus ſpectantibus ad κεφαλαῖον ſeu caput. Nunc quid per ſingula intelligi oporteat, exponit. Habet autem hæc quoque ex Hermogene prædicto lib. III. cap. 2. Exemplum dat hujusmodi: ſuadet quiſpiam, cum adventantem videret hoſtem, Iſthmum eſſe perfodiendum, πρότασις ſeu propoſitio eſt: *Iſthmum perfodere debemus.* Ὑποφορὰ ſeu ſubſumptio ſequitur, & continet illud, quod dicere adverſarius poſſet. *Sed forte difficile videtur.* Huic occurritur ἀντιπροτάσει, qua id negamus. *Habemus in promptu, quod reſpondeamus, quoque oſtendemus* ... *um hoc eſſe.* Tum hoc totum clauditur λύσει ſeu ſolutione: *quid enim? anne res eſt ... lis fodere?* Hæc poſtea rationibus & cauſis ſuis amplificantur & illuſtrantur.

Ἡ λύσις) Quæ Latinis *confutatio*, vel *refutatio*, Caſsiodoro etiam *reprehenſio.* v. Hermog. lib. III. Invent. c. 5. toto.

κατ' ἔνστασιν) diſſerit hic de triplici refutandi ratione, ad modum Hermogenis. De ἐνστάσει adde Voſs. Inſt. Orat. c. 5. §. 9.

ἀντιπαράστασιν) per hanc intelligit rationem, quæ juvat primariam depulſionem, eamque confirmat, eſtque velut depulſio ſubſidiaria, ut, *ſum immunis à reddendis rationibus*, verba adverſarii, quæ in ſe habent κεφάλαιον. Hæc refutantur primo ἐνστάσει, & inficiatione,

tione, *non eſt immunis.* deinde ἀντιπαρέςασι,
hoc eſt ratione, qua ἔνςασις juvatur; *etia*
immunis eſſes, non tamen ideo id factum, ut ob
patriæ.

κατὰ τὸ βίαιον) De quo Hermog. cap.
quenti, & Voſsius prædicto loco. Facit aut
duplex Hermogenes, unum quaſi ἀντιςρέφ,
cum quod dicit adverſarius, invertitur, & i
ipſum torquetur, ut, *occidiſti, quia adſtitiſti*
terfecto. λύσις hujus fit per βίαιον, *imo qu*
adſtiti, non occidi, nam ſi occidiſſem, conjeciſſ
me in fugam. Alterum, quando conſequ
adverſarii negatur, & probatur contrarium

ὁ ἐπίλογος) de quo non puto Herm-
genem quid tradere. Nam quod eſt in pa-
titionibus, id huc non pertinet.

εἰς αὔξησιν) Quando noſtra attollim
& adverſarii deprimimus, hæc enim prior
pilogi pars eſt, ac in ſe continet δείνωσιν a
ἔχθος, vel quid ſimile. Vide Curium For-
natianum lib. II. Rhet.

ἀνακεφαλαίωσιν) quando ſumma ca-
ta, quæ Græcis, uti ſupra dictum, ſunt κεφ-
λαια, repetuntur. Caſsiodorus à quibusda
ex Latinis *renumerationem* ait appellari.

καὶ δευτερολογίαν) *hoc eſt* δευτέραν ἀπό-
δειξιν, *ſeu* ἐπεργασίαν; *Poſteaquam enim res*
demonſtrata multis argumentis, ſignis, & exem
plis, deinde hæc omnia repetuntur, & conglob
ta in unum locum coguntur, ut videantur tract
ta eſſe copioſius, & ſic δευτερολογία *nihil ali*

e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ε', quam ἐπανάληψις. Hæc Sturmius ad Part. ermog. ubi mentio fit hujus rei.

Ἰδεῶν) De quibus peculiariter agit Hermogenes libris duobus integris. Sunt autem eæ, imitatione Platonica dictæ, nil aliud, uam quædam formæ ſeu figuræ orationis, æ non tam cerni, quam animo cogitari oſſunt. Ariſtoteles τὰ εἴδη λόγου appellat. a- ut teſtis Cicero, χαρακτῆρας nominarunt. uanquam hæc non nihil differant ab ἰδέαις, ā ex noſtri ſententia, qui iſta εἴδη ſeu χαρακτῆρας ait συντίθεσθαι διά τινῶν ἰδεῶν. Vnde & rare eos certum eſt, qui doctrinam veterum Characteribus evertiſſe, eique ſuam de Ide- oppoſuiſſe Hermogenem exiſtimant. Ea im potius, quæ ab ipſis generalius erant exoſita, ille diſtinctius explicavit. Et ſic Voſſi-, quem vide lib. IV. Inſt cap. 6. §. 11. ubi & oendit, proprie nil eſſe aliud Ideas, quam trin characterum quasdam veluti affectiones dde Sturmium lib. III. de Elocut. c. 6.

Ἑπτὰ) Sicut quidem vult Hermogenes. v. m lib. 1. de Id. Cur autem tot, & neque plus, neque pauciores, id interpretes Hermonis ſic declarant, quia primo perſpicuitam habere omnis debet Oratio, cum ſine ea on intelligatur, deinde juſtam magnitudim, ut aures impleat, tertio pulchritudinem, etiam placeat, quæ corrumpitur, niſi quar- accedat nobilitas, qua quaſi fluat. Jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ut fluxus iſte ſit decens, opus quinto eſt a[illegible]mo, indole, moribus, quæ ſexto ſola comme[illegible]dat veritas. Denique ut iſta juſta ratione[illegible]geque ſeſe habeant pro diverſitate argume[illegible]torum, opus eſt ſeptimo vi quadam eloque[illegible]tiæ, ad expedienda iſta. Adde Sturmium de[illegible] locut. lib. III, c. 6. ſeq. Voſſ. Inſt. l. VI, 6. 13.

σαφήνεια) *claritatem* reddit Sturmius, ite[illegible] *apertum orationis genus*, *Perſpicuitat[illegible]* appellaſſe Fabium Scaliger exiſtimat. Cic[illegible]ronem vero *evidentiam*. lib. IV. Poet. c. 1. *Pe[illegible]ſpicuitas* vocem retinet & Voſſius in virtu[illegible] hujus nominatione: uſurpatque non raro i[illegible]ſe etiam Sturmius. Agit autem de hac He[illegible]mogenes lib. 1. de Id. cap. 1.

Μέγεθος) Sturmius modo *amplitudine[illegible]* vertit, modo *magnitudinem*. cœteri fere [illegible]mnes retinent poſterius vocabulum. agit [illegible] ea Hermog. dicto lib. c. 4.

Κάλλος) *Pulchritudinem* reddunt [illegible]mnes.

γοργότης) Sturmio hæc virtus eſt *celerita[illegible]* Trapezuntio *velocitas*. Sed notat Scalige[illegible] prædicto loco, Græcum plus ſignificare. Voſ[illegible]ſius rectisſime *incitatum* ſive *concitatum dicen[illegible]* *genus* appellari putat.

Ἦθος) *Affectionem* vertit Trapezuntius judicio Scaligeri appoſite. Cæteri *orationem moratam* reddere maluerunt.

Ἀλή-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Ἀλήθεια) Hanc omnes *veritatem* appellant.

Δεινότης) Trapezuntio *gravitas*, Sturmio in addito *occulta gravitas* in peculiari de virtute hac Hermogenis libello. at in II. de Ideis, ubi pariter de ea agitur, *aptam dicendi figuram* vertit. Scaliger à Fabio & aliis *vim* ſeu *acrimoniam* vocari dicit, idque cæteris præfert; unde & Voſſius *vim dicendi* exponit, rejecta ...nneſii interpretatiane , qui *prudentiam* interpretatus eſt.

Ἡ γὰρ ἀλήθεια) non tantum noſtri judicio, ſed ipſius Hermogenis auctoritate, qui in capite de moribus hoc genus illi ſubjicit. Ἦθος, ait, τοίνυν ἐν λόγοις ποιεῖ ἐπιείκεια, καὶ ἀφέλεια, καὶ πρὸς τούτοις τὸ κατ' αὐτῶν ἐμφαινόμενον ἀληθὲς, habuit haud dubie in animo hæc verba noſter, cum iſta ſcriberet.

γενικαὶ) quia in plures dividuntur ſpecies, cum reliquæ non dividantur.

εὐκρίνειαν) Trapezuntius *elegantiam*, Sturmius *perſpicuitatem* reddidere. *Diſtinctionem* appellare maluit Ger. Voſſius. Quin-quã & diſtinctio id potius videatur, unde naſcitur εὐκρίνεια. Cum enim diſtincte omnia pronuntur & exponuntur, fit εὐκρίνεια, quæ n aliud, quam judicandi facilitas & promtitudo, propter remotionem obſtaculi omnis, quod etiam in pura oratione quoquo modo exoriri poteſt.

καὶ τὴν καθαρότητα) Receſſit ab ordine He-
mogeniano noſter. Hermogenes enim ha
ſpeciem alteri præmiſit, & merito, quia
hujus quaſi cuſtos eſt. Porro virtus hæc
Sturmio vocatur *puritas*, à Voſſio *ſimplicit*,
cui nihil eſſe aliud putatur, quam oratio
κατάσκευος. Naturam ejus explicat He
mog. lib. I. Idear. cap. 2.

σεμνότητα) *gravitatem* omnes reddun
Ariſtoteli, teſte Scaligero, eſt μετρία βαρύτη
non ſimpliciter βαρύτης. cæterum ea virt
eſt, in qua auctoritas & dignitas. v. Hermo
ib. c. 5.

Περιβολὴν) Trapezuntius *circumductione*
vertit, quem reprehendit Scaliger & *compl*
xionem ait appellandam. Voſſius videt
malle *cumulationem* dicere, quia orationem
hac virtute inſtructam vocat *cumulatam*. A
Sturmio eſt oratio *exaggerata*, ut ſic etiam
exaggeratio vocari poſſit, quomodo & aliquo
ties in commentariis appellat Hermog. dict
lib. c. 18. ubi oſtendit eam eſſe virtutem, qua
oratio allatis variis circumſtantiis non ampli-
us eſt nuda, ſed fit ampla & magna.

Τραχύτητα) *aſperitatem* vertunt omnes.
Fitque amaritudine & acerbitate orationis,
quando evadit ingrata auribus & animo, pro-
pter reprehenſiones. vid. Hermog. dicto lo-
co cap. 6.

λαμπρότητα) reddunt omnes *ſplendorem*.
Sca-

Scaliger tamen etiam ;*illuſtre* ſeu *luculentum* magnus, Voſſius *feſtivum* dici poſſe putant. Eſt autem ea virtus, qua commemoramus res magnas, vel à nobis præclare geſtas, quo majorem demus fiduciæ ſignificationem, v. Herm. d.l. c.8.

Ἀκμὴν) Scaliger vertit *vim* orationis, cæteri plerique *vigorem*, id quod ego rectius opinor, cum vis aliquid amplius ſignificet, ac ſic etiam δεινότης exponatur. Hermogenes hac voce illam intelligit virtutem, cujus beneficio omnia ſunt valida & lacertoſa, roburque, ac vires habent. Vide eum libro dicto cap. 9.

σφοδρότητα) *Acrem & vehementem dicendi figuram* Sturmius appellat. *Vehementiam* Trapezuntius & cæteri appellant. Eſt autem aſperitas adverſus inferiores vel æquales: v. Herm. cap. 7.

Ἐπιείκειαν) Trapezuntius *modeſtiam* appellat, *æquanimitatẽ* verti rectius Scaliger & Voſſius ex Terentio exiſtimant, cum modeſtia pateat latius. Sturmio eſt *moderatio* & *mitigatio*, cum orator non ſolum de jure ſuo remittit, verum etiam cum vulgo ſe comparat, etſi non ſit è vulgi numero. Vide Hermogenem lib. I. cap.6. ubi & *æquabilitatem* Sturmius non nunquam vocat.

Ἀφέλειαν) qua tollimus omnia, quæ nobis obſtant, ut in nobis ſignificationes vitiorum, in adverſario ſignificationes virtutum,

atque ita ſine calliditate nos & adverſariu judici proponimus *ſimplicitatem* vulgo re- dunt. Scaliger *virtutem* vocat *quotidiana* . *cutionis, non apud plebem ſolum, ſed lectorum* . *vium, qualem Gracchorum matri M. Tullius* . *tribuit.* Agit de hac Herm. lib. II. c. 3. de Id

Ἀλήθεια) de qua Hermogenes dicto broeap. 2. eſtque virtus, qua ſignificam morum ſimplicitatem & cadorem, vera ſv. vitate ac modeſtia, prudentia etiam & urba nitate. λόγος ἐνδιάθετος.

Βαρύτης) *gravitatem* uno verbo voca Voſſius. Sed eſt ambigua hæc vox, & de e fere genere uſurpatur, quod oppoſitum e tenuitati. Igitur cum additis *gravitatem* i *objurgando & expoſtulando* Sturmius in terpretatur, quia non illud, ſed hoc virtuti hujus eſt officium. Scaligero eſt *oratio ſuccen dens.* v. Hermog. d. l. c. 8. differentiam inte σεμνότητα, βαρύτητα & δεινότητα hanc faci Sturmius, quod σεμνότης ſit gravitas, qua conſideratur natura rerum, cujuſmodi ſunt divinæ ac cœleſtes: deinde humanæ in quibus majeſtas Reip. conſiſtit. Δεινότης gravitas, propter decorum ab Oratore obſervatum in perſonis, locis, temporibus. Βαρύτης vero gravitas, propter moleſtiam audientis, & pro- pter auctoritatem objurgantis & expro- brantis.

ἀυτὴ καθ' ἑαυτὴν) Habet ex Hermogenis lib.

l. II. de Id. c. 2. cujus hæc ſunt verba: *Gravitas vero* (ἡ βαρύτης) *cadit ipſa quidem in hoc moratum dicendi genus, veruntamen non illam* (ſcribendum, *illud*) *complet, atque conſtituit, ut facit ſimplicitas, & moderatio, & veritas, & expreſſi mores perſonarum. Neq; per ſeipſum poteſt conſiderari, ut illæ per ſe ſingulæ formæ: ſed opus habet ſimplicitate, aut moderatione, aut alia aliqua forma morati generis.* In Græco eſt: ἀλλὰ δεῖ αὐτῇ ἀφελείας ἢ ἐπιεικείας, ἢ τινὸς τῶν ἄλλων ἠθικῶν τι πάντως προσέσται. unde conſtat illud καὶ inter ἀφελείας & ἐπιεικείας non conjunctive ſimpliciter, ſed magis disjunctive intelligendum eſſe, nec de his duabus iſtis virtutibus, ſed & aliis Hermogenem loqui.

συνίςαται) Non ſimpliciter: habet enim eas res proprias, ſententias, & earum tradendi rationem, quæ qualia hic requirantur, docet Hermogenes in hac Idea: ſed in reſpectu verborum, membrorum, compoſitionis &c. De quibus ipſe Hermogenes: *Genus autem verborum, aut etiam cæteræ partes dicendi, quæ poſt verba ſequuntur, eorum nullum eſt, quod proprium quidem ſit gravitatis. Illud tamen auſim dicere, quod præ cæteris dicendi formis magis conveniant illæ partes, quæ in morati dicendi generis partibus conveniebant, hoc eſt in ſimplicitate & æquabili dicendi forma ſeu modeſta, præterea etiam, quæ moratione affecta & veluti ex animo expreſſa.* & hæc noſter reſpexit.

ἐξοχῇ)de quibus quid Scaliger ſentiat,op. ræ pretium eſt videre librum ejus IV. de Po, c. 1. ſimulque addere Voſſium lib. VI. Inſt. C cap. 7. §. 12.

ἀγνοίας) Ita vitioſe editum eſt ab Ho ſchelio, ſcribendum ἐννοιας, ex ipſo Herm gene, qui de his & ſequentibus prolixe ag lib. 1. de Idæis cap. 1. Intelligit autem per ἐ νοιας non quæ vulgo tantum ſic dicuntur Græcisque alias ſunt γνῶμαι, ſed in univer ſum omnia pronuntiata, quæ alias νοήματ & ἐννοήματα. Vide Sturmium lib. 1. de univer ſa ratione elocutionis c. 6. incipit porro à ſen tentiis, non quod alii faciunt in harum rerum conſideratione à verbis, quia de verbis cogita re nemo rite poteſt, niſi prius de ſententia ver bis formanda cogitaverit.

Μεθόδου) Sic appellat tractationem, ἐρ γασίαν, elocutionem, quæ conſiſtit in apta & convenienti ſententiarum prædictarum diſpo ſitione, amplificatione, comparatione, ac ſi milibus. Nec enim aliud Hermogeni μέθο δος, quam χῆμα διανοίας ut docet pluribus Sturmius prædicto libro c. 15, & confirmat Voſſius Inſtit. VI. c. 6. §. 12. hoc eſt, conforma tio certa & excogitata ſententiæ, per idone um elocutionis habitum ornatumque. Non autem ipſe primus hoc vocabulum ſic uſur pavit, ſed accepit a Theodecte, qui de fine Rhetorice ſic diſſerit in Compendio Rhetor.

Her-

[H]ermog. *Finis Rhetorices eſt non ſimpliciter* [p]*erſvadere*, *ſed perſvaſibilibus methodis uti.* [S]caliger *Inſtructionem* dici poſſe putat.

λέξεων) verba intelligit, quæ ad habitus [p]rædicti ſive methodi conſtitutionem confor[m]ationemque requiruntur, de quibus multa [St]urmius lib. II. cap. I. & ſeq. dicti operis.

σχημάτων) quæ ad verba, de quibus egit [p]roxime, pertinent, non diſpoſitionem, quæ [m]ethodo continetur. Debent nempe verba [h]abere proprietatem vel natura ſua, vel tra[l]atione, cum ad explicationem apponuntur [h]is, vel poteſtate, ut melius ſonent, plus ſi[g]nificent. Ea proprietas ſeu habitudo, ſeu [q]ualitas & modus, fit idonea omnium con[fo]rmatione, hoc eſt, σχῆμα efficit, quod nil [ali]ud, quam certo aptoque modo poſitum vo[ca]bulum, latiusque aliquanto patet, quam [q]uod à Latinis figura nominatur.

Κώλων) *Membrum* omnes reddunt. In[te]lligitur autem membrum ſive pars periodi, [qu]æ alias a Græcis κόμμα quoque dicitur, [n]on ea tantum, quæ κῶλον, unde oratio fit [ve]l κομματικὴ, vel κωλικὴ. vide de his Stur[m]ium lib. III. dicti oper. cap. I. & ſequentibus [a]gentem accurate.

συνθήκης) Hæc eadem, quæ & σύνθεσις. [It]a enim ab Hermogene ipſo vocatur lib. I. [p]eideis cap. I. quæ eidem mox συνθήκη. Di[ſti]ngunt Trapezuntius & Scaliger, ac συνθήκην

qui-

quidem vocant *compoſitionem*, σύνθεσιν ve
collocationem. Ac compoſitio quidem Scal
gero ordo partium inter ſe cohærentiun
elementorum puta, ſyllabarum, dictionur
collocatio vero, elementorum vocumq; nu
meroſa collocatio, non qualiſcunque, ſic
compoſitio.

ἀναπαύσεως) quæ non ſolum eſt in cor
cluſione, ſed omnibus orationis partibus, &
in una parte interdum aliquoties. Id enim a
git ἀνάπαυσις, ne membra nimium excur
rant, & ſint enormia: item ne alicubi ruat o
ratio, aut præcipitet, ſed decenter deſinat.

ῥυθμοῦ) qui oritur ex decenti illa συνθή
κῃ & ἀνάπαυσι, exque iis ſpectatur, ſicu
ipſe docet Hermogenes. Scaliger paulo aliter
numerus eſt conveniens ſententiæ ſonus ex compoſitione & diſpoſitione partium. ἀνάπαυσιν ſeu
clauſulam omittit. Sed forte ſine cauſa argutus eſt.

ἀγωνιστικὰ) Tales intelligit, quæ potiſſimum ad ἀγῶνας, hoc eſt, contentiones pertinent. Propoſuit autem illas, quas noſter innuit, figuras Hermogenes toto lib. IV. de Invent. ubi λόγου σχήματα appellat, hoc eſt, ut rectiſſime exponit Sturmius λόγου ἐπιχειρηματικοῦ, ἐργαστικοῦ, ἐνθυμηματικοῦ vel ut uno verbo noſter, ἀγωνιστικοῦ, qui opponitur λόγῳ πανηγυρικῷ, quia non, ut iſte, tam requirit πίστιν, & ἀπόδειξιν, quã ἦθος & πάθος,
atque

aque ideo dicendi genus ἀξιωματικὸν & ampum. Alias figuræ λόγου Fortunatiano l. II. quæ ſunt in compoſitione elocutionis, & opponuntur figuris λέξεως & διανοίας. vi eum p. m. 73,

ἀελμὸν) Sic perperam Hœſchelii editio, ſe ἀελθμὸν ſcribendum eſſe, nemo ignora

Φοιβάμονι τῷ σοφιστῇ) Quis hic fuerit, ut quando vixerit, vix arbitror conſtare. Svi nudum ejus affert nomen. Voſſius in de Rhetorices natura cap. 9. Apſini ſeniori jungit. quod ſi probamus floruerit paulo ante tempora Conſtantini, cum Apſines ille fuerit pater Onaſimi Sophiſtæ, qui ſub Contantino floruit, ut Svidas ait. Sed neceſſe eſt vixerit longo ante, cum ſecutus eum ſit Hermogenes, quem Marci æqualem ipſe ille Svidas facit. Verum & Apſinem ſecutus dicitur Hermogenes in ſequentibus apud noſtrum, ut vetuſtior fuerit Apſines, quam Svidas putaverit, aut alius ſit Apſines, de quo ipſe locutus, quod poſtea videbimus. Phæbamonis Sophiſtæ alicuius librum de figuris Rhetoricis in bibliotheca Johannis Sambuci extare ait Simlerus in Epit. Geſneriana. Legitur & in catalogo Mſſ. biblioth. Regis Galliarum, an hujus noſtri ſit, ignoro.

Μινουκιανῷ) *Minubianum* vocat Voſſius isto libro, ſed *Minucianus* etiam eſt Svidæ,

qui

qui eum facit Albenienſem, Nicagoræ filiu,
& Galieni Principis ætate ait floruiſſe, ut ſc-
bit Simlerus, At in florentina Svidæ edit-
ne non eſt Γαλιήνου αὐτοκράτορος, ſed Γαλ
ſine ullo addito. γεγονὼς ait ἐπὶ γαληνοῦ, qo
puto Galeni medici ætatem intelligere. Vi
autem Galenus ſub Antonino Pio & Antoni
Philoſopho, hoc eſt, illo ipſo tempore, q
Hermogenes, quod omnino neceſſe eſt, ſi
noſter poſtea ſcribit, aliqua ex eo hauſit. L
pſus eſt Simlerus ſimilitudine vocabuli, & p
medico Imperatorem accepit.

Τεχνογράφῳ) Ita eum vocat, quia ſc-
pſit præter alia etiam de arte Rhetorica, cu
meminit & Suidas. Puto hoc de figuris, pa-
tem ejus operis fuiſſe, quemadmodum fort
ſis & illud de Epicherematis, quod ſubjectu
eſt Apſini in corpore Rhetorum Græcoru
ab Aldo editorum, & ab aliis Nicagoræ trib
tur, de quo videant, qui otio abundant.

καὶ τοῖς ἄλλοις) è quibus & Tiberius,
quo mox.

Τιβέριον) Quis hic fuerit Tiberius, a
quando vixerit, incertum. Meminit Tibe
alicujus Philoſophi & Sophiſtæ Suidas, multa
ejus de Arte Rhetorica ſcripta commem
rat: qualia ſunt de formis, de apparatu,
diſpoſitione, & compoſitione orationis, &
lia. ſed nec ætatem ejus oſtendit, & de h
parte nihil memorat, ut dubitem, an idem

cu

em noſtro. At Tiberii de figuris ſeu ſche-
atibus liber Mſ. Venetiis apud Diegum Hur-
dum laudat Simlerus in Epitome Geſneri,
em magis cenſeo eſſe noſtrum.

Σχῆμα ἐστὶν) Sic Alexander Rhetor de Fig.
μα ἐστὶν ἐξάλλαξις λόγου ἐπὶ τὸ κρεῖττον
λέξιν, ἢ κατὰ διάνοιαν ἀντὶ τρόπου, cujus
initionis explicationem vide apud Voſſium
V. Inſt. c. 1. §. 2. Obſerva autem, quod hic
dat λόγου, item pro τροπῆς ſcribat τρόπου,
enim rectius eſſe videtur.

χῆμα ἐστὶν τὸ μὲν κατὰ φύσιν) puto hic de-
aliquid, ac ſcribendum σχῆμα διανοίας,
itur enim poſt: λέξεως δὲ σχῆμα. Porro
is noſtri verbis emendanda & ſupplenda
o, quæ leguntur abſque ſenſu in prædicto
xandro Rhetore his verbis: ὁρίζονται δή
; καὶ ἰδία ἑκάτερον τῶν σχημάτων, τὸ μὲν
διανοίας οὕτω· σχῆμα ἐστὶ διανοίας, μετά-
ασις διανοήματος, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν
άττουσα πρὸς τὸ χρησιμώτερον τὴν ἀναγ-
αίαν διάνοιαν. τὸ δὲ τῆς λέξεως χρείας χά-
quid enim hic, τῆς λέξεως χρείας χά-
ſcribendum ſine dubio τῆς λέξεως, τὴν
ειν χρείας χάριν, ut ſenſus ſit τῆς δὲ λέ-
ς σχῆμα εἶναι μετάπλασιν, πλάττουσαν
ς τὸ χρησιμώτερον τὴν λέξιν, ſicut illa al-
τὴν διάνοιαν. Conſiderent & videant,
a libris melioribus ſunt inſtructi; nobis e-

 nim

nim præter Aldinam veterem anni MDVI alia nulla editio eſt ad manus.

κατὰ τέσσαρας τρόπους) Non ergo nova . . ſta Scaligeri inventio, ſchemata dividentis classes quatuor, ratione eſſentiæ, quantitat qualitatis & ſitus, lib. III. Poet. c. 32. ac fo te ex hoc aut ſimili, tunc parum noto hauſ minimum falſum eſt, quod neminem ante certas ſpecies deduxiſſe figuras affirmat. Co ſule & Scholia Anonymi & Figuris.

κατὰ ἔνδειαν) Voſſius vocat ſchemata ſecu dum eſſentiam, quæ figurantur ſubticen lib. V. Inſt. c. 2. ubi vide alia huc pertinenti

κατὰ πλεονασμὸν) poſſent dici ſchema quantitatis cum Voſſio, ex præd. loco.

κατὰ μετάθεσιν) conveniunt ſchumat bus ſitus.

κατὰ ἐναλλαγὴν) conveniunt ſchemat bus qualitatis. Habet autem hæc ipſa neſc quis Scholiorum Græcorum auctor de figur ab Aldo editus cum aliis Rhetoribus, ſed co rupte, quem iccirco emendare ex noſtro de bebimus, Ιστεον, inquit, ὅτι πάντα τὰ σχήματ κατὰ δ' γίνονται, ἤτοι αἰτίας. κατὰ ἔνδειαν, κατὰ πλ ονασμὸν, κατὰ μετάθεσιν, κατὰ ἐναλλαγὴν, ſup plendum utique, κατὰ δ' τρόπους γίνονται, qu ſequitur illud ἤτοι, quod ſine hoc non conſiſt Obſervandum amplius, quod quæ in Scripto re illo ſequuntur, ad verbum omnia conven ant cum noſtro, adeoque dubium vix eſſe pa

tia

antur, quin ex eo noſter hauſerit. Ex quo conſequi videtur, quod is Anonymus non ſit lius, quam Tiberius ille, de quo ſupra quære- atur. Sed hoc melius perſpicient, qui Mſ. enetum cum his conferent. Sive autem hic, ve alius ſit, Chriſtianum fuiſſe neceſſe eſt, um citet Apoſtolum, dicatq; ὡς ὁ θεῖος ἀπόστολός φησι.

ἀπὸ κοινοῦ) Definit hanc figuram, ut omnes reliquas, prædictus auctor, iſtis verbis: ἀπὸ κοινοῦ ἐστὶ λέξις ἅπαξ μὲν λεγομένη, πολλάκις δὲ νοουμένη καὶ συντασσομένη. *cum una ex ſemel quidem ponitur, ſæpius autem ſubintelligenda, & ex priori repetenda eſt.* ita e.g. *d hæc, quæ viſum eſt, Cæſar reſpondit*, exple, *æ viſum eſt reſpondere.* agunt de hac figu- Grammatici.

Δίπλωσις) Vulgo ἀναδίπλωσις. non eam aliam intelligere cum ea definitione apud ctum auctorem intelligimus etiam ex eo, ia quam ante δίπλωσιν, eandem mox ἀναδίπλωσιν appellat. Latinis eſt *reduplicatio.*

ἐπανάδοσις) Eſt ea ipſa, quæ vulgo ἐπάνοδος ex prædictis argumentis colligimus.

ἐπίφρασις) Eſt periphraſeos genus. Auctor anonymus. περίφρασις ἐστι λόγος τινὶ ...σιν ἐξαιρέτως ἐπιφωνούμενος, ὁ διχῆ γίνεται. περισπασομένου γὰρ τοῦ ὀνόματος καθ᾽ ἀρχὴν λέγεται. ὡς ἵνα εἴπω ὁ δεῖνα ὁ σχολαστικὸς ...θε καὶ ὅλος ὁ φόρος. ὑποτασσομένου δὲ ...ως ἐπίφρασις. οἷον ὅλος ὁ φόρος ἦλθε. καὶ

ὁ δεῖνα ὁ σχολαστικὸς. Tota ergo differenti inter paraphraſin & epiphraſin ratio ea eſt quod in illa quidem figuratum præponatu in hac poſtponatur non figurato, ſicut iſte au ctor vult.

ἐπίτασις) Puto non aliud intelligere genu quam quod alias ἐπίθετον græce, latine *a poſitum* vocatur, ſive *additum ad nomen.* Au tor prædictus ſic definit: ἐπίτασίς ἐστιν ἐπι μονῆς μὲν εἶδος, οὐκ ἐπίσης δὲ δηλοῦν πρᾶγμα, ἀλλ' ἐξαλλαγὴν ἔχον ἐπὶ τὸ μεῖζο ὡς ἵνα εἴπω περὶ δυσομαθοῦντες διαλεγόμενος καὶ μεγάλου, ὅτι κίων ἐστὶ τῷ μεγέθει, ὅτι ὄρος ἐστὶν. *Epitaſis eſt ſpecies quidem epimone quæ tamen non æqualiter exponit factum aut ren ſed eam attollit in majus continens exallage Vt cum quis de corpulento & procero loquens ap pellet eum propter magnitudinem columnam, ve montem.* Sane aut parum, aut nihil differt.

Πρόληψις αἰτίας) Sic plane appellat ſæ pe laudatus Scholiaſtes, ſive is ipſe eſt Tibe rius, ſive alius, de quo nil pronunciamus. De finit autem παρεμβολὴν τῆς προφάσεως ὧν ἐροῦμεν, ἐν μέσῳ τῆς ἀρχῆς τοῦ λόγου ἐκ τῆς ἀρ χῆς τοῦ λόγου, καὶ αὐτῶν οἷον, ἑταῖρε πάντα ἔ χεις, σῖτον, οἶνον, ἔλαιον, μὴ κλέψῃς, μὴ κα ταγνωσθῇς. Patet, aliud quid eſſe, quam quo vulgo *Prolepſis*, Latinis *occupatio* vocatur.

Προεπίζευξις) Alia eſt Figura, quam qu

vul

ulgo dicitur ἐπίζευξις, & fit, cum inter duo
ut plura nomina interſeritur verbũ, quod
rvari alias ſolet in finem. Conſule prædi-
tum autorem, quæ figuræ hujus hoc dat ex-
nplum: ὁ δεῖνα ἐποίησε: καὶ ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖ-
ι, ἢ ὁ δεῖνα, γενναῖοί εἰσιν καὶ ὁ δεῖνα. Vitio-
eſt ſcriptura & primo ſic diſtingvenda: ὁ
ῖνα ἐποίησε, καὶ ὁ δεῖνα. deinde alterum ἢ ὁ
ῖνα ut ſuperfluum delendum, quamquam
iam retineri poſſit. Senſus eſt: *hic fecit, &*
c. hic aut ille nati ſunt, & iſte.

ἑτερογενὲς) fit, cum ab uno genere trans-
nus in aliud, nec diſſimile eſt figuræ, quam
ocant *enallagen generis*, quanquam potius ſit
lipſis nominis, quod ſubintellectum reſpon-
et genere diverſo appoſito adjectivo. exem-
um auctor dictus dat hujusmodi, τὰ περὶ
έλασσαν φοβερά ἐστιν, ἐρημίαι ὄσαι. figura
t grammatica.

ἑτεράριθμον) quando ſingularis ponitur
ro plurali. Grammatici hanc enallagen nu-
eri vocare ſolent. In anonymo figuræ hu-
s exemplum eſt ejusmodi, τὰ παιδία παίζου-
, καὶ πίπτουσι: in quo nihil video figuræ
hic convenire. fortaſſe ſcribendum eſt παίζει
αὶ πίπτει.

ἑτερόπτωτον) Antiptoſin vel Enallagen ca-
uum appellare quidam ſolent. Exemplum
ile ἄρχει τῆς πόλεως, ἄρχει τῇ πόλει *impe-*

 rat

rat urbis pro *imperat urbi.* Pertinet & hæ
figura ad Grammaticam doctrinam.

ἐτεροσχηματισμὸν) cum verbum mutatu
in participium. exemplum dat anonymus e
jusmodi: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ἐπειδὴ ἔτρεχεν ὁ δεῖν
(ſic legendum, non ὁ ὁδεῖνα, ut eſt in Aldin
τόδε ἐγένετο, εἴπω τρέχων τόδε ἐγένετο. Ipſum
vide. Eſt autem, & hæc ex Grammaticis f
guris.

ἑτερόχρονον) cum tempus verbi unum mu
tatur in aliud.

ἑτεροπρόσωπον) cum perſonam aliam in
troducimus loquentem ea, quorum ipſi ſumu
auctores. Anonymus exempla hæc proponit
πάντες αἰγύπτιοι τόδε λέγουσι περὶ ὑμῶν. Θη
βαίους εὑρὼν ἀπαντήσαντας, τόδε καὶ τόδε εἶπον
h. e. *omnes Ægyptii hæc de vobis loquuntur*
nempe quæ ſubjicienda ſunt, & hic deben
ſubintelligi.

Ἀποστροφὴ προσώπου) referri & hanc in-
ter figuras dictionis cum à noſtro, tum ab A-
nonymo, notandum. Putabat Voſſius Her-
mogenem hoc ſolum facere. Cur autem
inter hoc genus referatur, cauſa eſt, quia quod
aliis dici potuiſſet in tertia, ſic in ſecunda dici-
tur perſona. Vid. Sturmium cap. 22. de E-
locut. Etiam illud hic non plane prætereun-
dum, quod quam noſter & Scholiaſtes in ex-
poſitione appellant ἀποστροφὴν προσώπου il-
lam Scholiaſtes idem in enumeratione figura-
rum

rum penitus omittat, ut proinde nomen ejus ex his eo loco reſtituendum videatur.

ἀντιστροφὴ) cum dictionum ſignificatus & uſus invertitur. Exemplum tale dat Scholiaſtes: ἠχῶν ἐπέρασα, ἀντὶ τοῦ, πεβὼν ἤχασα. ſic Aldina. verum vitioſe, ſcribendum ἐπέσησα, vel ἐπέσασα. Senſus: *frangens cecidi, pro cadens fregi.*

ἐπιτροχασμὸς) Mentionem figuræ hujus facit quoque Aquila Romanus, verum noſter aliter uſurpat, ut ex auctore ejus intelligimus, quem dixi eſſe Scholiaſtem ſæpe nominatum. Is enim ita: ἐπιτροχασμὸς ἐστιν ὀνομασία πραγμάτων κατὰ μόνην ἀπαρίθμησιν γενομένη, ἄνευ τῆς περὶ αὐτῶν διηγήσεως, ὡς ἵνα τις αἰτιώμενός τινα ὡς πολλὰ κακὰ πεποιηκότα ἀπαριθμήσηται αὐτὰ λέγων: τόδε καὶ τόδε πέπρακταί σοι: τὸ δὲ πῶς μὴ λέγω. Exemplum quod hic adducit, Latine ita ſonat: *hoc & illud tu feciſti, & quomodo, non dico.* Patet omnino differre, niſi dicamus per illam ipſam velocitatem narrationis diverſarum rerum, hic intelligendam eſſe ſimplicem earum nominationem, abſque expoſitione earum.

προδιόρθωσις) de hac vide Aquilam Romanum. Exemplum ejus Scholiaſtes tale profert: ἵνα διηγούμενός τινι ξένον πρᾶγμα προθεραπεύσω λέγων. ὅτι θαυμάσεις μὲν ἀκούων καὶ ἴσως ἀπιστήσεις εἰ γέγονε τὸ πρᾶγμα· ὁ δεῖνα δὴ τόδε ἐποίησεν. Eſt quaſi mitigatio ſe-

ſequentium. Adde Alexandrum Sophi

ἐπιδιόρθωσις) figura præcedenti oppo-ta, cum talis mitigatio poſtponitur. M-minit ejus præter Scholiaſtem etiam Herm-genes de Inv. lib. IV. c. 12. Latini non diſti-gvunt, ſed genus utrumque *correctionem* a-pellare ſolent. Adde Alexandrum.

προκατάληψις) de hac conſule Juliu-Rufinianum, qui Latine ait hanc figuram c-ci *præceptionem* ſeu *anticipationem*, fieriq́, cu-ultro afferimus & defendimus, quæ cont-nos adverſarius dicere poſſe videbatur. S-let alias & hæc *prolepſis* à quibusdam nc-minari.

Παράληψις) Nota hæc figura. Sed ea-noſter paulo aliter uſurpat, quam ut ſolet vu-go: nempe ut ſignificet ὑποσιώπησιν. It-enim Scholiaſtes, ex quo ſua noſter habe-παράληψις δὲ ἤτοι ὑποσιώπησίς ἐστι &c. Eſt autem ὑποσιώπησις, quando quod odic-ſum eſt, non dicimus, ſed obſcure ac per am-bages potius innuimus, ut exponit Vlpianu-Rhetor. vide Voſſ. Inſt. Orat. lib. V. cap. 6 §. 5

ἐπιμονὴ) Nota & hæc. Vocant quoqu-ἐξεργασίαν, ex Latinis aliqui *congeriem*. Vid-Sturmium de Elocut. cap. 34.

τούτων τῶν σχημάτων) habet etiam hoc di-ctus ſæpe Scholiaſtes, ut vix dubium ſit, eſſ-vel Tiberium, vel Phæbamonem. Cæterum-apud ipſum legitur τούτων σχημάτων omiſſo

ar-

rticulo, & mox ὐδὲ ἓν συνεμπίπλει. Typo-
raphine culpa,an quod ita ipſe ſcripſerit haud
ixerim.

πάλιν ἓξ εἰσι) Perperam in dicto auctore
ξεσι conjunctim, ſpirituque contrario: quod
circo corrigendum eſt ex noſtro.

ἀπόκρισις) In eodem eſt ἀποπόιησις. ſed
x noſtro cenſeo corrigendum.

Προσωποποιΐα ἠθοποιΐα) de utraque figura,&
nius differentia ab altera, vide Aquilam Ro-
nanum, præter alios Rhet.

Μικτὸν) Quale intelligatur genus nec ali-
nde cognoſco, nec ex Scholiaſte, qui hac
arte non modo valde corruptus, ſed multis
uoque locis laceratus eſt. Puto autem il-
ud eſſe, cum utraque figura præcedens jun-
itur, unaque cum altera miſcetur. Hujus-
nodi eſt oratio duplex una mentis accuſan-
is corpus, altera corporis accuſantis men-
em Gregorii Palamæ, Archiepiſcopi Theſſa-
onicenſis, quam iccirco χαρακτῆρι μικτῷ
criptam dici exiſtimo.

Πεῦσις) Habent pro eadem figura hanc
& præcedentem Rhetores. At noſter diſtin-
gvit, quod eſt obſervandum. Scholiaſtes:
Διαφέρουσι δὲ ταῦτα τῆς ἐρωτήσεως καὶ τῆς
πεύσεως (ſic ſcribendum eſt, non πεύψεως, ut
Aldina habet)ὅτι αὐτοῖς κατ' ἀνάγκην ἀποκρί-
σεως προτίθεμεν οἷς βουλόμεθα λόγοις. Cæ-
tera manca ſunt. Itaque quid velit, non ſa-

tis video: forte hoc, quod in ἐρωτήσει neceſ-
ſit ſubdi reſponſionem, in πεύσει non ſit.

Διαπόρησις) apud dictum auctorem
ſic, & cum geminata littera Διαπόρρησις re-
peritur. Definit eam ζητήσεως προςποίησιν.
Aquila Romanus Latine explicat *addubitatio-
nem*, quem vide. Vocatur quoque ἀπορία.
Vide Voſſium in Inſtitutionibus Orator.

Μεθόδῳ δεινότητος) Revertitur noſter
iterum ad Hermogenem, cujus exſtat liber ſin-
gularis ſub hoc titulo.

νενοσηκέναι τὸν λήταργον) Invehitur no-
ſter in Hermogenem, tanquam plus prom-
iſſet, quam poſſet præſtare cum ſuſciperet
περὶ δεινότητος ſcribere; ideoque ut ſub ſpecio-
ſiori excuſatione cœptũ relinqueret inconfe-
ctum, ſimulaſſet morbum oblivionis. Re-
ſpexit ad repentinum Hermogenis morbum
aut ſubitam oblivionem, de qua qui ſcire
volet, Svidam legat in ipſius vita. Cæterum
qua fronte hoc noſter faciat, non video, niſi
quatenus commune eſt Græculis, nugari, &
per mutua convitia velle inclareſcere.

ἑνὶ, καὶ δυσὶ, καὶ πλείοσι) puta in media
non nunquam oratione, quibus via paratur
ad ſequentia, & interim auditor veluti refici-
tur. Hæc intelligit exordia per illa δυσὶ καὶ
πλείοσι. Vid. Voſſium Inſt. Or. lib. III. cap.
2. §. 2.

προκατασκευαὶ) De qua Hermog. lib II. de

In-

vent. c. 1. ubi alias vel ὑποδιήγησιν docet
pellari, nempe quia quæ recentioribus διή-
γησις, ea priſcis etiam κατάστασις, ut Sturmi-
 teſtatur. Eſt autem præparatio quædam
r expoſitionem perſonarum ad majorem
em facti, quod narrandum eſt. Vide
ſſium Inſt. III. cap. 3. §. 3. exemplum eſt in
rrina ſexta.

διασκευάσαι) Videtur hoc membrum op-
nere priori ac ſic διασκευάσαι uſurpare
o προκαταστῆσαι. Alias διασκευὴ ſi in
rratione conſideratur, aliud quid, quam
ροκατάστασις, nec tam pars ejus, quam ſpe-
es, ut ex Fortunatiano diſcimus, qui l. II. de-
it eam, *quæ res geſtas non tam docet, quam*
aggerat.

μηδὴ διηγήσεως) Hæc, & quæ ſequun-
r, corrupta mihi, & mutila videntur. Sa-
 ſententia, & præcedens ἀλλὰ requirunt,
 poſt διηγήσεως colon, uti vocant, pona-
r, non punctum majus, eique connectan-
r ſequentia, usque ad παραδραμεῖν, quod
ajori puncto à reliquis ſeparandum.

ὁ γεωμέτρης) Locus obſcurus, quis enim
c geometra iſte? Num aliquem ex mathe-
aticis veteribus intelligit? at quem? Num
tius eſt nomen alicujus auctoris, ſic ex offi-
o ſeu munere, aut virtute ſingulari formati,
ut Johannis aut Saxonis Grammatici, Attei
hilologi, Solini Polyhiſtoris, qui ſcripſit de Sar-
do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

dorum vel urbe, vel populo, nobis hodie i-
cogniti? In hoc magis inclinem. Lauda-
nim & Johannem Geometram, auctorem H-
mnorum quorundam in Mariam Simlerus i
catalogo Biblioth. Vaticanæ.

καὶ λοιπὸς ἄλλος) Omnia hæc valde ſu
obſcura, neſcio an non mutila, ego ſane
ex his elicio, quod mihi ſatisfaciat. Ag
forte alii, qui libris melioribus erunt inſtru

καὶ ὃ μηδαμῶς) ſcilicet *ἀγωνίσασθαι*, p
quod non qualemcunque confirmatione,
ſed contentionem ſpecialius ſic dictam i-
telligit, quæ in pugna quadam cum adver-
rio conſiſtit. Hæc non in omnibus cauſis
generibus eſt neceſſaria.

τὰ ἀγοραῖα καθάρματα) Sic appellat n
tam oratores, quam cauſsidicos & rabula
fœcem fori, atque his opponit declamator
aut Sophiſtas ineptos in Scholis.

οἱ καὶ τοῦ αἰθέρος) Cum his omnibus, qu
prædicta ſunt, promiſcue, ac ſine diſcrimine
tuntur: ut qui cogitant, non tam quid di
debeat, quam quid poſſit, ut ex eo meliore
putant orationem, quo figuris, ſententiis,
cute dictis, ut ejusmodi magis abundat, ſiv
utilia ea ſint ac neceſſaria ſive non ſint.

μειρακυλλίοις) qui prima etiam di
cendi præcepta ex idoneis magiſtris perce
perunt.

ἐκ προγυμνασμάτων) Sic appellat partes O
rati-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

rationum. Nempe nihil aliud in progymnamatibus agitur, quam ut quæ cujusque partis ſit tractandi ratio in integra oratione, dicatur. Huc enim pertinent Narrationes, Confirmationes, Refutationes, Laudationes, Amplificationes, Comparationes, & id genus. Eodem modo in ſequentibus ῥητορικὸν προγύμνασμα nil aliud, quam exercitatio per ſingulas orationis partes, quarum ibi definitiones proponuntur. quod vel ex ipſis definitionibus apparet.

ἐκ μιᾶς φράσεως) ut: *occidiſti Clodium Milo*, eſt intentio adverſarii. Reſpondet ipſe per ἀντιπροβολὴν ſeu depulſionem: *occidi, ſed recte.* ex hac φράσει oritur ſtatus a parte Milonis: *Milo recte occidit Clodium.* Hic enim ſtatut conſiſtit, & pugnat cum accuſatore, aliis argumentis velut armis, quibus monſtret, ſe recte Clodium occidiſſe.

ἐν τῷ πολιτικῷ ζητήματι) quod conjunctum eſt cum ſtatu, & reſpicit utramque partem, ut in præcedenti exemplo, *an Milo recte Clodium interfecerit?* Porro quæſtionem hanc Hermogenes definit ita, quod ſit ἀμφισβήτησις λογικὴ ἐπὶ μέρους, ἐκ τῶν παρ' ἑκάστοις κειμένων νόμων ἢ ἐθῶν, περὶ τοῦ νομιζομένου δικαίου, ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ συμφέροντος, ἢ καὶ πάντων ἅμα, ἢ τινῶν. *Controverſia in diſſerendo poſita, ſive ratione dicendi expedienda rei finita & ſingularis ex unius cujusque populi conſtitu-*

ſtitutis legibus aut moribus,de eo, quod videt
eſſe, aut juſtum, aut utile: de his vel omnibus v
aliqua eorum parte, Vocatur autem ζήτημ
πολιτικὸν, aut quæſtio civilis, in reſpectu a
ζητήματα φυσικὰ & λογικά. Adde Ca
ſiod. p. m. 336. Sulp. Victorem p. 240.

ἡ διαίρεσις prout enim ſtatus eſt, ita
κεφάλαια adducuntur ſeu argumenta, v
a re deſumpta, vel a perſona. Unde Hermo
genes lib. 1. part. cap. 1. ἀμφισβήτησιν τι
ἐπιγνοῦσι, ῥᾴδιον ἤδη τὰς διαιρέσεις συνιδεῖ
τὰς εἰς τὰ κεφάλαια τῶν ζητημάτων. *Quæ*
ſtionem ſi qui teneant, facile deinceps erit par
titiones ſimul intelligere, quæ applicantur capi
tibus.

Νοημάτων) addit mox καὶ ἐπιχειρημά-
των. vulgo de noematis nil hic loqvuntur
Intelligit autem noſter per noëmata, qua
Hermogeni etiam ἔννοιαι, hoc eſt pronunci-
ata quacunque forma, & de re quacunque:
quæ ſunt veluti materia Idearum, & ad elo-
cutionem alias referuntur. Ex quo putes
noſtrum ſtatuiſſe, inventionem non ad argu-
menta tantum pertinere, ſed & verba elocu-
tionemque.

Ιδέα) de quibus vide, quæ notavi ſupra.

κατὰ τε ἔννοιαν) non tam externam ſen-
tentiarum intelligit formam, quā res ſub eis
comprehenſas. Vult, Ideam duo ante omnia
reſpicere, res & verba.

ἀρ-

ἁρμονίας διαπλοκὴν) Hoc tertium eſt, quod Idea requirit, nempe ut res & verba decentia, decenter per omnes orationis partes diſponantur, ſecundum iſta ſeptem, quæ in Ideis ſingulis alia aliaque pro diverſitate earum Hermogenes requirit.

Μέθοδος) Non eam hic intelligit, quæ eſt pars Ideæ, verum illam, quam in præcedentibus cum addito vocavit μέθοδον δεινότητος.

τρόπος ἐπιστημονικὸς) Habet iſta omnia ex Hermogenis lib. II. de Idæis cap. 9. quo tamen loco Hermogenes non per ἐπιστημονικὸν exponit, ſed per χρῆσιν ὀρθὴν πάντων εἰδῶν, *rectum uſum omnium Idearum.* Sed nempe nemo uti poteſt, niſi qui ſciat uti. Igitur & ipſe Hermogenes in ſequentibus; ἔστι δὲ τοῦ καλῆς καὶ τελεωτάτης ἐπιστήμης οἶμαι, τὸ χρῆσθαι τοῖς καιροῖς, εἰδέναι τε καὶ δύνασθαι.

τὴν φωνὴν) De hac nihil Hermogenes: ratio quia δεινότης pertinet ad elocutionem: at φωνὴ in Actione ſeu Pronunciatione conſideranda. Puto hoc noſtrum addidiſſe de ſuo, atque judicio & cauſa.

λόγος παρασκευάζων) Ita Scholiaſtes Aphthonii, ut teſtatur Voſſ. Inſt. Or. lib. III. c. 2. 2. & Cicero 1. Rhet. v. Victorinum.

διατεθείς) Exordii officium eſſe, ut orationem diſponat, non memini me alias legere. Forſitan reſpexit eo noſter, quod partitio inter-

terdum præmitti ſolet narrationi. Sed hc
rarum eſt, nec ideo pars exordii vocari potel
Deinde etiam διάτεσιν partitionem dici no
exiſtimo. Puto aliquid deeſſe his verbis, a
οἰκείως εἰς τὸν ὑποκείμενον λόγον διατεθὲ
ſcribi oportere, ut *διατεθεὶς* referatur ad τ
ἀκροατὴν, non vero *λόγον*. Ita convenire
definitioni Caſſiodori, qui *exordium* vocat *ora-
tionem, animum auditoris idonee comparantem
ad reliquam dictionem,*

ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα) quomodo narratio fa
ctum ipſum, & non potius ejus expoſitio au
declaratio? An per *αὐτὸ τὸ πρᾶγμα* narra
tionem intelligit nudam, per *ἔκθεσιν* obliquã
quæ aliquibus *κατασκεύσις* vocatur? Num po
tius reſpicit ea genera orationum, in quibu
non proponitur narratio, ſed factum velut no
tum per ſe intelligitur, ſicque intellectum in-
ſervit loco narrationis?

κεφάλαιον) quod ſic abſolute & *καθ' ἐ-
ξοχὴν* dicitur, non *κεφάλαιον γενικώτατον*. Id
enim idem eſt, ac Status.

τοῦ προκειμένου πράγματος) de quo in-
ter nos & adverſarium eſt quæſtio, quodque
ille ſuo, nos noſtro uſui vel confirmamus vel
refutamus. Igitur & Sopater *caput* definit,
*quod continet propriam argumentationẽ & con-
firmationẽ & ejuſdẽ propoſitionis ab aliis diverſã.*
Vid. Hermog. lib. III. Invent. c. 2. & ibi Sturm.

Νοημάτων) quæ hic differentia inter *νοή-
ματα* & *ἐπιχειρήματα*? cõſtant ſane epichere-
mata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

menta ex noëmatis,ſeu ſententiis & propoſiti-
onibus, nec enim puto per νοήματα hic intel-
ligere γνώμας ethicas aut politicas ſub perſo-
nis prolatas. Exiſtimo, propoſitiones ſive
quæſtiones intelligere, quæ per epicheirema-
ta vel confirmantur, vel infirmantur, ut *Peri-
cles reus eſt proditionis, quod fructus illius non
vetaſſet Archidemus.* In hac controverſia e-
rit κεφάλαιον à parte Periclis, *neceſſarium
eſſe ut proditæ patriæ teſtimonio quodã convincar.*
Hic ex mente noſtri conſtabit ex duobus, pri-
mum νοήματι ſeu noemate, quod nil erit aliud,
quam ſimplex quædam propoſitio, quæ de-
claratur cauſa, cur ſit neceſſarium, *quia in o-
mni re de qua controverſia eſt, oportet teſtes
producere.* Deinde ἐπιχειρήματι ſeu epiche-
remate, quo hoc probatur à ſuis circumſtan-
tiis quia juſtum, quia æquum in perſona tanti
viri, & ſic deinceps. Niſi quis per νόημα in-
telligendum putet illam ipſam propoſitionem
primam in omni capite, quod fortaſſe melius,
quia altera ſæpe omittitur, ſtatimque argu-
menta proferuntur, atque ita ἐπιχείρημα in-
troducitur. Certe nihil aliud per νόημα, quam
quid iſtiusmodi intelligendum hoc in loco, vel
hic docet, quod ſtatim in ſequentibus ἐπι-
χείρημα ἐπινόημα definitur, quaſi quod noë-
mati illud ſequitur. Ut proinde id ſit, quod
Hermogeni ὁρισμὸς κεφαλαίου.

ἔξωθεν περιλαμβανόμενον) a circum-
ſtantiis nimirum ſex: perſona, re, loco, tem-

f pore,

pore, modo, cauſa, de quibus & Hermogeis
lib. III. de Invent. cap. 3. & noſter infra in e-
emplis, quæ argumentum ejusmodi latiſſime
inſtruunt, unde & epicheirema *latior ratio-
natio* vocatur. Caſſiod. *Epicherema eſt deſcen-
dens de ratiocinatione latior excurſio Rhetori
ſyllogiſmi, latitudine diſtans & productione ſer-
monis a dialecticis ſyllogiſmis.* Neque aliud vo-
luit Hermogenes prædicto libro c. 6. quan
dicit, ἡ γένεσις τῶν ἐπιχειρημάτων ἀπὸ περι-
στάσεως, quam quod noſter ait.

ἀφομοίωσις) quia conſiſtit in allatione ex-
emplorum ac comparationum cum rebus a-
liis. Vid. Hermog lib. III. Invent. & noſtrum
infra in exemplis.

συνεστραμμένος) propter vim, quæ ei ine
pertinet autem hæc definitio ad omne gen
argumenti Rhetorici, quod eſt efficacius a
robuſtius. Juvenalis quoque hoc reſpectu ſat.

-- *curtum ſermone rotato*
torquet enthymema --

ἀτελής) quia ei deeſt alterutra præmiſſari
συμπέρασμα) Hoc ſenſu Hermogenes u
ſurpat. Primo enim jubet poni κεφαλαί
πρότασιν, quam ſupra ὁρισμὸν & νόημα dix
mus appellari, propoſitionem argumenti, do
cendi gratia, dein ἐπιχείρημα ad confirma
tionem pertinens, mox ἐργασίαν ſeu tract
tionem aut expolitionem ad illuſtrationem &
ſuavem commotionem, poſtremo ἐνθύμημα
ad vim, quia in ſe habet acumen. vid. ipſum lib
III. Invent. cap. 7.

ἐπενθύμημα) Hermogenes prædicto loco definit: ἐπενθύμημα ἐστι κυρίως ἐπὶ φθάνῃ ἐνθυμήματι ἕτερον ἐπινοούμενον ἐνθύμημα. *Epenthymema eſt ad propoſitum enthymema alterum enthymema, cogitatione adinventum.* de, quæ ſuperus notavi.

ἐπίλογος) Eſt ipſiſſima Scholiaſtis Aphonii definitio, quam explicat Voſſius Inſt. lib. III. cap. 6. §. 1. Habet noſter pleraſq; definitiones ſuas ex eo auctore.

Θεοδέκτην Φασηλίτην) Fuit hic Filius Ariſtandri, diſcipulus Iſocratis, Platonis, & Ariſtotelis, ut refert Svidas, aut hujus ipſius filius ejusdem patriæ ac nominis, ambo enim oratoria præcepta edidere. Meminit illius etiam Plutarchus in vita Iſocrat. ubi & tragœdias ſcripſiſſe, & in via ſacra ſepultum eſſe ait. Quintilianus lib. XI. cap. 2. ubi memoriam pene incredibilem teſtatur habuiſſe. Erythræus ait in præfatione ad antiquos Rhetores, Ciceronem hunc ſecutum eſſe in ſuis de hac arte libris.

Μινουκίνην) Scribendum omnino Μινουκιανόν. De Minuciano autem dixi in præcedentibus. Extant hodie Epicheremata ſub ejus nomine, ſed illa vel junioris ſunt, vel plane alterius alicujus.

διαιρούμενα) Ubi hoc fiat, neſcio, id ſcio, quod Minuciani nuſpiam expreſſe mentio occurrat in iis, quæ ex Hermogene habemus. Puto conjecturam eſſe noſtri, adverſus quam for-

taſſe hoc ipſum dici poſſet, qui nimirum fi,
quod, cum pleraque ex Hermogene habe,
ipſum tamen & hoc, & locis aliis inceſſet t-
ducatque?

τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν δύναμιν) Obſerva-
dum hoc eſt. quam autem vere id aſſeveret n-
ſter, dici nequit, quia opera Minuciani n
habemus. Id ſubit mirari, quare cum ex o
ſua hauſerit Hermogenes, hunc potius nol
ſequi maluerit, quam iſtum? Videor neſ
quid Græcæ nugacitatis ac invidiæ in hoc
præcedenti loco obſervare.

Ἀψίνε) Suidas mentionem facit duor
hujus nominis, quorum unus Athenienſis, p-
ter Onaſimi, qui filium habuit Apſinem jun-
rem. Alter Gadareus, qui fuit diſcipulus H-
raclidis Licii. Ut ſic tres fuerint, proditi à S-
da, Athenienſes duo, pater & filius, & G-
dareus unus. Ex his neuter intelligi poſſe h
loco videtur. Nam Athenienſis ille prior v-
xit longe poſt ætatem Hermogenis, quod co-
ſtat ex eo, quia Onaſimus vixit tempore Co-
ſtantini, uti ſupra diximus, Adhuc recenti
fuit poſterior, ut ejus nepos. Gadareus quo
aliquanto poſt Hermogenem floruit, quod c-
ligitur inde, quia Heraclides Licius, cujus c-
citur fuiſſe diſcipulus, vixit temporibus Seve,
uti ex Philoſtrato apparet. Quare ſequit
ut aut præter iſtos tres ſit alius quartus Svic
non memoratus, omnibus illis vetuſtior, a
noſter hoc in loco ſomniaverit, Extat hc
d

lie Ἀψίνου τέχνη ῥητορικὴ ab Aldo edita cum quibusdam aliis Rhetoribus Græcis, qui quis ſit, & an unus ex prædictis, parum conſtat. Voſsius in Inſtitutionibus Athenienſi juniori tribuit. *Apſines junior*, inquit lib.III.cap.1.§.2. *qui in arte ſua quædam facultati oratoriæ adjicere voluit.* Sed fallitur Voſſius, ut puto, filiumque Athenienſis ejus miſcet cum Gadareo, forte quia apud Simlerum ſequebatur. Simlerus certe non ipſi, ſed Gadareo tribuit, qui Athenienſi utroque fuit antiquior, ut jam dictum eſt. Quod probabilius etiam ex eo, quia Baſilici hic Gadareus dicitur fuiſſe diſcipulus, quem Aldinus ille ſtatim ab initio artis ſuæ magnopere commendat, & appellat divinum. ὁ δέ τοι θεῖος Βασιλικὸς κἀκεῖνο προσέθηκε inquit, atque ita Simlerianam conjecturam firmat.

οὐκ ἀκριβώσας εἰς τέλους) Nam liber περὶ δεινότητος abſolutus non putatur. Itaque & Gaſpar Laurentius pluribus locis omiſſa ſcribit exempla, reliquamque expoſitionem.

τὸν λήθαργον) Dixi ſupra de hac re. Apparet autem Græculi libido traducendi, qui non ſatis habuit ſemel hoc objeciſſe noſtro, niſi altera vice repeteret.

ἐκεῖνος ὁ τεχνογράφος) quis? Apſines? Non enim Hermogenes, qui, ut ſupra dixi, ejus aperte mentionem facit nullam. Niſi forte plura ſcripſit, quæ noſter vidit, nos amiſimus. Sed ambigo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Τάξιν, οἰκονομίαν) velut diverſa ponit V-
ſius lib. I. Inſt. cap. 1. §. 3. & lib. III. cap. 1. §.
pro iisdem habet. At omnino diſtinxere vet-
res. Adſcribam verba Sulpitii Victoris, quæ l
lucem afferunt. *In diſpoſitione hæc ſunt: or*
cum ea, quæ Græce appellatur οἰκονομία. *Or*
eſt, ut ſecundum textum naturalem ſingula pr
ſequamur, primum in partibus elocutionis, ut
ſcilicet primum exordium, deinde narratio, t
partes argumētationis, peroratio extrema. S
bene huic ordini οἰκονομία *proxima adjuncta e*
quæ hoc diſtat à ſuperiore, quod ille quidem or
naturalis, hic ordo artificioſus eſt. Diſtinxit h
etiam Vitruvius quanquam alio in argume
to, ac τάξιν quidem, quæ Sulpitio eſt *ordo*, a
pellavit *ordinationem*, οἰκονομίαν vero *diſtrib*
tionem lib. 1. Architect. c 2. Porro quæ ſit rat
οἰκονομίας, patet ex prædicto Sulpitio, quand
non modo hujus beneficio ait ordinem part
um naturalem, quandoque immutari, ſed et
am partes nonnunquam aliquas omitti.

μνημωσύνην) Ordo valde turbatus: præ
cedit enim ἑρμηνεία, ſequitur ὑπόκρισις, clau
dit μνημωσύνη apud alios Rhetores. & fortaſſ
ita poſuit Theodectes. Interim notandum
quod & ipſe μνημωσύνην ſeu memoriam inte
Rhetorici officii partes retulerit. Refellit ho
Voſsius in Inſtit. ab initio & locis aliis, ſed put
falſam hic eſſe ſcripturam.

ἢ ὅλον, ἢ μέρος) ſcilicet τοῦ λόγου ſeu ora-
tionis. variat enim oratio una ſæpe in parti-
bus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

us, nec idem eſt character narrationis, qui ontentionis

ςάσεις) juſtas intelligit ac integras oratio-es. dixi ſupra.

ἀρμόδια ἢ παρεπόμενα) vitioſa ſcriptura & di-inctio. Scribo, ἀρμόδια ἢ παρεπόμενα, προ-ιμια &c. παρεπόμενα hic dicit in reſpectu ad ræcedens προγυμνάσματα, in quibus vult eſ-ε παρεπόμενα, quæ in integris orationibus κε-φάλαια, id eſt argumenta, rationes, dixi in ræcedentibus

νῷ) dum Inventioni operamur.

τῶν μερῶν) quia non omnes partes eosdẽ haracteres aut ideas habent. vide ſupra.

καὶ λοιποῖς) de quibus ſupra, ubi de Ideis.

ἀναμιμνήσκόν τε) Exequitur ut in præcedẽ-ibus, ita porro partes, quarum ſupra ſimpli-ia propoſuit vocabula. At hujus nulla facta nentio, μνημοσύνης quam ante diximus valdè ncommodo poſitam eſſe loco, vocabulumq; pſum vitioſum videri. Sane ſi hic locus con-ertur cum iſto, putet quiſpiam, non μνημοσύ-νην, verum μίμησιν, noſtrum ſcripſiſſe.

ἐσχηματισμένων) ubi nil ſimpliciter, omnia, perfiguras proponuntur.

τέσσαρες ἀρεταὶ) tot fere omnes numerant verum alii aliter appellant. Ariſtoteli lib. III. Rhet. ſunt *perſpicuitas, puritas, dignitas, decen-tia*: vel ſi Græca malumus, σαφήνεια ἑλληνισ-μὸς, ἀξίωμα, πρέπον. Craſſo apud Cic. III. de Orat. *puritas, perſpicuitas, ornatus, decor*. Fabius,

 quoq;

quoq; lib. VIII. cap. 1. *in ſingulis intuendum*, e, *ut ſint Latina, perſpicua, ornata accommodata* & in præcedentibus: *Nam cum Latina, ſignificatia, ornata apte ſint collocata, quid amplius laremus.* At aliter Sulpitius, *In elocutione*, inq t, *hæc obſervanda ſunt, latinitas, perſpicuitas, rob, nitor, compoſitio, tum decens vel decorum.* Ut c plura, ita Alcuinus requirit pauciora. Ubi em quæritur, qualis eſſe debeat elocutio, reſpond : j *cunda debet eſſe, & aperta.*

συνθμία) Hanc virtutem generatim r- q iri in omni elocutione, neminem docere v deo. Nec apparet ſatis, quid per eam intel- gat. in ſequentibus dicit, idem eſſe ac γοργότη(, at, ut opinor, hæc in oratione omni non eſt ne ceſſaria. Conciſum ſane genus, uti Græcum ſ gnificat, alicubi adeo non neceſſarium, ut p- tius ſit vitioſum. Sed fortaſſe illud innuit, quo nil deeſt, nil abundat. Quicquid ſit, br vitatem aut celeritatem inter generales oratio nis virtutes, præter noſtrum, nemo refert.

πιθανότης) Quomodo hæc virtus ſit elocu tionis, parum liquet. potius effectus eſt τ πρέ ποντος ſeu decori. Decora enim oratio, ho eſt talis, qualem ingenium & mores perſona rum, ratioq; rei requirit, efficit, ut ei fides ha beatur. Et ſic ipſe noſter in ſequentibus.

μεγαλοπρέπεια) Per hanc intelligere τὸ ἀ ξίωμα, ſeu ornatum, vel, ut Sulpitius appellat nitorem exiſtimo. In ſequentibus appellat μέ γεθος, quod ab ἀξιώματος non multum differt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Ισοκράτει) qui ætate Platonis vixit. Patet autem ex hoc loco, aliqua de elocutione Rhetorica ſcripſiſſe, eaq; vidiſſe noſtrum, eorumq; reſpectu hic laudaſſe. Tzetzes Chiliad. 9. de arte integra opus edidiſſe teſtatur.

Εμπεδοκλεῖ) Miror, quod hunc alteri poſtponat. Fuit enim hic vetuſtior, imo autor artis Rhetoricæ eſſe, primusq; ſcripto eam comprehendiſſe dicitur. Vid. Laertium.

Διονυσίῳ) Halicarnaſſenſi puto.

Φιλοστράτῳ) conſtat ex hoc loco, etiam Philoſtratum de arte Rhetorica quid ſcripſiſſe. Puto autem ſeniorem intelligi, cujus ζητήματα παρὰ τοῖς ῥήτορσι, & ῥητορικὰς ἀφορμὰς laudat Suidas. Vixit hic temporibus Neronis, ut ex eodem cognoſcimus.

Ιαμβλίχῳ) Ergo & hic non nulla ſcripſit in Rhetoricis, in quorum reſpectu inter Rhetores laudatur. At hoc neq; Eunapius, neq; Suidas commemorant, ut tanto magis ſit obſervandum. Vixit tempore Conſtantini, neſcioque quare inter παλαιοὺς relatus ſit â noſtro.

Ἑλληνισμὸς, νεωτερικόν ὄν) Quam & ipſam aliqui, ut virtutem elocutionis ſingularē laudabant, & ab aliis puritas & καθαρότης appellatur. Porro ἑλληνισμὸν cur novū aliquid noſter eſſe dicat, ego equidēnon video, cum eo uſus ſit Ariſtoteles lib. III. Rhet. c. 5. Forte locus ejus non occurrebat, aut ætate noſtri magis à quibusdam illa pars exigebatur, propter barbariſmos, quibus lingua Græca tum ſcatebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ὧν ἡ σαφήνεια) exponit præcedentes qu-
tuor virtutes, ac quomodo etiam illa contin-
ant , quæ requirunt oratores alii, ipſe etia
Hermogenes, oſtendit, quam benè, ipſe videt,
Equidem Hermogeni in Ideis non fuit prop-
ſitum, quatuor iſtas monſtrare virtutes , aut
ſeptem ideas amplificare, ſicq; numerũ eũ a-
gere, multo minus iſtis opponere, ſed præt
iſta quatuor, quæ in omni oratione requiru-
tur, oſtendere ſeptem, non contraria iſtis qua
tuor, ſed tamen diverſa, quæ in orationibus i
veniuntur modo plura, modo pauciora, pro r
tione argumenti ac materiæ, quæ tractantur

Μυριολεξιῶν) ſic appellat, quæ à multit
dine uſurpantur, quomodo apud Pollucem li
6. cap. 5 ; . μυριόλεκτον ex Xenophonte idem
eſt, ac πολυθρύλητον, γνώριμον, δῆλον. Eſt
gitur idem ac καθαρὸν, ἀκατάσκευον, ſimple
inartificioſum, omnibus notum.

σαφηνισμοῦ) non video, quomodo hæc al
tera ſit pars, quæ ad σαφήνειαν requiritur. σα
φήνεια Hermogeni efficitur ἐκ λόγου καθαρο
τητος, ſeu ut noſter, μυριολεξιῶν, de σαφηνισ
μοῦ nil loquitur, & quid eſt, σαφήνεια fit ἀπὸ ve
ἐκ τοῦ σαφηνισμοῦ? *perſpicuitas fit à perſpicuo*
Tautologiam ſapit. Sed forte per hoc nomen
noſter reſpexit ad tractationem , & non mo-
do verba clara & pura ad perſpicuitatem re-
quirit, verum & verborum collocationem, tra-
ctationemq; totius orationis non intricatam
ſed planam ſimplicemq;, ipſiq; reſpondentem
naturæ. ἀλ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

ὅθεν δὲ τῆς) Oſtendit unde prædicta virtus o-
iatur, quomodo facit & in ſequentibus virtu-
ibus. nam in præcedentibus non tam mon-
travit, unde proveniat, quam quæ partes ejus
int, quæ ipſam conſtituant.

τῆς ὡραιότητος καὶ τοῦ κάλλους) puto hic
ddendũ eſſe ex ſequentibus ἔργον τοῦ ῥήτορος.
/ult monſtrare, quæ in oratore requirantur, ut
irtutibus ejuſmodi ornare orationem ſuam
oſſit. Ac ad primam quidem, id eſt perſpi-
uitatem, duo ait ſunt neceſſaria, ὡραιότης καὶ
άλλος. Quid per duo iſta ſignificet, non
itis aſſequor, niſi velimus referre ad animum,
uomodo mox συνθεμίαν quoque inde dedu-
it. Ac hoc quidem pacto ὡραιότης opponi
bſcuritati, aut tenebroſitati poſſe videtur,
άλλος negligentiæ, ſupinitati, tumultui, fœ-
itati, quaſi dicat, requiri ad virtutem perſpi-
uitatis in oratione exprimendam, ut orator
ngenium habeat apertum primo, deinde ex-
ultum & laboris patiens, vel quod alias uno
fficacique verbo, elegans vocari ſolet.

τῆς μεγαλοφυΐας) Magnanimos enim o-
atione uti non prolixa, ſed brevi certum. Hinc
pud Tacitum *Imperatoria brevitas*, pro ea,
quæ Imperatores viroſque graves decet. Vide
um lib. I. Hiſt. c. 18. In oratore igitur ut inge-
ium elegans, ſic animus magnus requiritur.

τέχνης) ex qua novit pro natura re-
um loqui, omnia convenienter perſonis, tem-
oribus, locis dicere, quæ cuncta docet ars
Rhe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Rhetorica.] Et hoc tertium, quod in Ora-
re neceſſar um præter animum magnum &
ingenium elegans ac apertum Ars vidi-
cet, qua iſta omnia idonee ac decenter ſt
proferre, orationique ſuæ fidem facere.

τῆς πολυμαθείας) Quartū quod in orat
neceſſariū, varia eruditio, puta de diis, de reb
turalibus, de republica illiusque multiplici
miniſtratione, de bello, & pace, de legibus
jure, & quæ alia ſunt hujus generis. Iſta
nim ſunt, quæ orationem reddunt grave
quotiens ei admiſcentur.

αἱ παρ' Ἑρμογένει ἰδέαι ἑπτὰ) dixi de
aliquid in præcedentibus, & in ſequentibus a
paret, quam obtorto, quod ajunt collo alique
harum idearum ad virtutes præcedentes ref
rantur.

καὶ τὸ κάλλος ῥητορικοῦ λόγου) duas h
Hermogenes recenſet ideas, ſub una virtu
σαφηνείας. De priore certum eſt, de poſt
riore minus. Sane omni pulcritudini, qu
Hermogeni κάλλος, aut venuſtati ineſt σα
φήνεια ſeu perſpicuitas, non tamen vice ver
quicquid perſpicuum, id ſtatim pulcrum &
ornatum. Nec profecto verum eſſe put
quod ſequitur, οὐκ ἰδιώτου καὶ ἀκαλλοῦς λό-
γου σαφήνειαν εἶναι, vel plebejum & inorna-
tum ſermonem carere perſpicuitatem. Con-
tra enim ſentit Hermogenes, ut qui in perſpi-
cuitate vel maxime requirit ſententias omni-
bus notas, voces communes vulgareſque

con

conformationem orationis decentem, rectam & ſimplicem, quæ omnia inſunt etiam plebeiæ ac vulgari orationi, quæ nec aliis rebus ab oratione ornata comptaque & gravi diſtingvitur.

γοργότης συντομία) Tertia idea, quam comparat cum virtute ſecunda, & eandem ait eſſe. Ego vero multum cenſeo differre. *συντομία* enim talis in oratione brevitas, quando quæcunque ad amplificationem, illuſtrationem, circumductionem faciunt, præciduntur omnia, eaque afferuntur tantum, quæ ſimpliciter ſunt neceſſaria, ſine circumſtantiarum, cauſarum, & ſimilium adjectione, etiamſi in ipſa oratione reſpectu verborum formularumque omnia ſint plena. Talis fere brevitas Laconum fuit, in quotidianis etiam colloquiis. At ab hac longe differt *γοργότης*, quæ locum ſæpe habet tum, cum non modo neceſſaria, ſed prope ſuperflua adducuntur, & conſiſtit in ipſa brevitate quadam ſententiarum, verborum, formularum, ut, *Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, cum accerſor ultro? Excluſit, revocat, redeamne? Non, ſi me obſecret.* Atque talis frequens in Salluſtio, quem ob cauſam hanc non pauci brevem appellant.

τὸ ἦθος καὶ ἡ ἀλήθεια) quarta & quinta idea, comparatur cum virtute tertia.

τὸ μέγεθος) ſexta Hermogenis idea.

ἡ δεινότης) quam diſtingvit noſter à reliquis quatuor virtutibus, licet non faciat diverſam, cum nil aliud ſit, quam idoneus illarum virtutum uſus. Vide quæ ipſe de ea habet in præcedentibus, & nos ante diximus.

τὸ ἀκερηκόρυφον) recte: quandoquidem abſque hac reliquæ virtutes omnes nil efficiunt, neq; finem ſuum conſequuntur.

τὴν μεθικὴν χρονικὴν) Quem noſter librum indigitet non promptum eſt definire: neque enim quiſquam eſt, quantum nos ſcimus, qui in Rhetorico argumento librum ediderit ſub hoc titulo. Quia tamen ſequitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

tur, κατὰ ῥήτορα γράφοντα, inducor, ut exiſtimem, H-
mogenis partitiones ſignificari. Sed obſtat, qu
Rhetorem eum laudet in ſequentibus, contra vitup
rare ſoleat Hermogenem. Vix enim dici poteſt ta
celeriter ſui dememiniſſe. Ergo magis eſt, ut put
mus aliquod hic laudare opus Theodectis aut Min
ciani potius, quod firmatur eo, quoniam ipſum hu
Minucianum in præcedentibus appellat φύσεως θεί
μετεχεκὸν (diſtinguenda enim omnino ea verb
a præcedentibus τεχνογράφος, & ad Minucianū ref
renda.) Jam vero illud optime cum eo convenit, quo
de antro Mercurii ſequitur. Imo videtur noſt
nihil aliud agere his verbis, quam ut reducat nos a
illum ipſum auctorem, unde iſta, quæ de virtutibu
orationis tradidit, deſumpſit, Ille autem non Her
mogenes, ſed ut ipſe ait in præcedentibus, Minucia
nus eſt. Quod ſi ipſe non dixiſſet, conſtare tamen
poterat ex eo, eſſe alium, quam Hermogenem, qui hi
ſignificatur, quoniam expreſſe loquitur de quatuor vir
tutibus orationis, de quibus nihil ſcripſit Hermoge-
nes, ſed Ideis ſeptem, quæ modo majore, modo mi-
nore numerq in virturibua iſtis deprehenduntur.

ἑρμαικῶν ἄντρων) Alludit ad fabulam de Orpheo, qui dicitur lyram accepiſſe ab Apolline, qui eam princeps acceperat a Mercurio inventore ejus in Cyllene, monte Arabiæ. Vide Hygin. lib. II. Fab. vel reſpicit fabulam aliam de Mercurio cumulum neſcio quem bonorum ſervante in antro, unde ſumſiſſe eruditionem ſuam ajebat Orphæus. Fabula eſt apud Zetzen & Orpheum ipſum in libro de gemmis. Adde Junii Adagiorum Cent. VII. ad 86.)

τῷ αὐτῷ καὶ τῷ κατὰ ἐναμβρυνόμενα) Genus loquendi proverbiale, ut exiſtimo. puto autem ſignificare illos, qui antiqvum ſemper obtinent, & eadem oberrant chorda, denique ut ad propoſitum noſtrum applicemus, ſemper exordio, ſemper narratione opus eſſe exiſtimant, ſemper eo modo apud populum, quo in Senatu, eo modo in cauſa favorabili, quo in odioſa dicendum arbitrantur, Ἄτα nempe ille ſonus, quem fre-

equenrer edunt pueri, cum primum loqui incipiunr, cut & Grammatici obſervant, ſicut autem non pantes modo, ſed quosvis alios appellant, imo hoc uam ingeminant perpetuo. Atque hinc proverbii ocſio in eos, qui puerulorum more absque judicio eam ſemper ac ubique recantant. porro pro τοῦ καῖ̈ (?) ito geminata littera ſcribendum κάττα, ut ſit, καὶ ττα, ſic enim ipſa ratio proverbii poſtulare videtur. uo idem ſemper ſonus reprehenditur.

ὁ Σύρος ῥήτωρ) Quis hic Syrus Rhetor? An hoc oprium ejus nomen? num poti us deſumptum a pala? Syrum ſane proprio nomine ſcio neminem Rhetorum. At ex Syria quosdam, interque eos Andromachum Syrum, qui vixit temporibus Taciti & Aureuni Imperatorum, uti diſcimus ex Eunapio vita Porhyrii. Item Sopatrum Syrum ex eodem auctore, ui vixit poſt tempora Conſtantini. Sed & magiſter us Jamblichius fuit Syrus, natus Chalcis, Syriæ, quæ œle dicitur, civitate notiſſima. Ac fortaſſe non alius oc in loco indigitatur, quandoquidem & nominatus t in ſuperioribus.

καὶ ταῖς σφῶν ὑποξύλοις συμμορίαις) Cenſeo hæc ſe verba ipſa Syri illius, quibus ineptos oratores temorum ſuorum exagitabat. Imitatus autem in his, uicunque eorum auctor, Hermogenem videtur, qui oc ipſo vocabulo compellare tales ſolebat. Sic enim). 1. de Ideis, cap. . παράδειγμα τούτου Δημοσθενικὸν ὲν οὐκ ἂν λάβοις, οὐδὲ γάρ ἐστι· παρὰ δὲ τοῖς ὑποξύλοις τουτοισὶ σοφισταῖς πάμπολλα εὕροις. *Hujus exemplum apud emoſthenem non invenies, nullum enim eſt: ſed apud hetores ligneos ſcriptores multa invenies*, Sunt autem ὑπόξυλοι apud Hermogenem, rudes craſſique, ut ox latius oſtendam.

συμμορίαις) ſuſpectum mihi eſt hoc verbum, quid nim συμμορίαι faciunt hic loci? συμμορία Heſychio ολιτικὸν σύστημα, πλῆθος, σύνταγμα (ſic enim diſtinuendum puto apud eum, aut ſcribendum πλήθους ύνταγμα) At quid hoc ad Sophiſtas? Sed videanr, ui forte melius libelli hujus accipient exemplum.

ἐξο-

ἐξογκυλόμεθα) Notandum, quod hoc verbum u
λ hic ſcribatur, alias geminata litera ſcribi ſolet. V
detur autem verborum iſtorum auctor alludere
præcedens ὑποξύλοις, tanquam ligneos iſtos ſermon
ſequantur in animis audientium timores, ſicut ex a
tritu durioris materiæ in corpore delicatiori oriunt
tumores livoresque. Nimirum per ὑποξύλους dura
aſperas, & inſolentes intellixit figuras, ut cum Gorg
as *vultures* aves vocat τάφους ἐμψύχους, *animata ſepi
chra.* quod exemplum adducit Hermogenes, & met
phoram σκληρὰν, παχεῖαν, hoc eſt craſſam, denſan
aſperam, rudem appellat. Tales igitur figuræ cu
audiuntur, lædunt veluti ac tumores faciunt.

βουλευομένους) cauſæ nimirum ſuæ, ſi quando tr
ctare illam debent in judicio.

ἐξακριβοῦντα) cum ſit res inviſa, ſummum exige
jus, & intima quæque ejus eruere proponereque. U
de fit, ut ſæpe bona perdatur cauſa, nec interdum pl
prodeſſe reo poteſt, quam nimia adverſarii vehemen
tia. Adde Tacitum II. Hiſt. cap. 10,

τὰ ἐπιχειρήματα) Exemplo monſtrat tractatione
argumentorum Rhetoricorum. Sunt autem ea de
ſumpta ex Hermogene lib. III. & aliis de Invent. qu
volet, ibi legat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
379 M 22